



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Index Rervm, Qvæ Ex His Qvatvor Tomis Potervnt Vtiliter Svmi, Pro
Concionibvs Festorvm Totivs Anni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

INDEX RERVM, QUÆ EX HIS
 QUATVOR TOMIS POTERVNT UTILITER
 SVMI, PRO CONCIONIBVS FFSTORVM
 TOTIVS ANNI.

Primus numerus Tomum, secundus Caput, tertius
 Paragraphum significat.

IN Festo S. Andreae. Matth. 4. *Ambulans Iesus juxta mare.* pertate voluntariam esse faciendam, 3. 17. 4.
 De ijs, qui in mari, aut in aquis marty- *Et faciam vos piscatores hominũ.*
 rium sunt passi. 2. 6. 11. Quantum ad- **D**E I proprium institucere operarios
 mirati sint SS. PP. terminos aquarum in negotio animarum, quales fuere
 à Deo positos? 2. 7. 6. seqq. S. Hilario- Apostoli simplices, & initio multa non
 nis, per signum crucis, cõtra exundans intelligentes. 1. 4. 6. & 1. 7. 2. Fossiles
 mare potestas. 2. 7. 11. pisces, an, & ubi dentur? certè quidam
 homines terreni, qui instar talparum
Vidit duos fratres. De fraternita- terram subeunt, sunt fossiles pisces à
 tibus, de fraternitate MARIAE de Mer- terra, & terrenis eruendi. 1. 48. 9. seqq.
 cede. 3. 43. 7. Dominus fratrum nomine *At illi continuo, relictis retibus,*
 dignatur pauperes appellare. 3. 15. 2. *secuti sunt eum.* Facile relinquere sua
 Aliorum fratrum ex ambitione crude- posse pauperes, cum paupertas varia-
 litas in fratres. 3. 5. 15. Quantus fratri- rum virtutum sit causa. 3. 16. 9. Apo-
 cida fuerit Abimelech? 3. 60. 8. stolici pauperes, cur suas opes abjece-
 runt ad pedes Apostolorum? 3. 17. 8.
Simonem, qui vocatur Petrus, &
Andream fratrem eius. De S. Petro *Vidit alios duos fratres & c. in-*
 vide in Festo SS. Apostolorum Petri & *mani cum Zebedæo patre eorum.*
 Pauli. De S. Andrea, etiam in sortibus Filij saepe eadem agunt, quæ vid. ut a-
 repudiato, & tamen propitio. 1. 34. 10. gere parentes, ut filij Spartanorum. 1.
 21. 2. ut filia malè educata à matre. 1. 43.
Mittentes rete in Mare. Qualia 5. ut filij in parentes pij vel crudeles.
 monstra in aquis occurrant, capienda? 1. 35. 2.
 2. 47. 7. seq. Laborantes tota nocte, *Resicientes retia sua.* Pauperes vitæ
 quando & quare nihil ceperint? 1. 13. 4. huic nostræ omnino esse necessarios.
 3. 16. 3. Labor alius virorum, alius fe-
Erant enim piscatores. Circa qua- minarum. 2. 24. 5. Quam necessarius
 les saepe pisces versentur piscatores? 2. sit hominum labor? 2. 17. 2. Commen-
 47. 9. seq. Apostoli alias in piscatu à datio & utilitas laboris, 2. 17. 3. seqq.
 Christo adjuti, nunc à piscatu auo- *Et*
 eati opera ad maiora scilicet. 1. 20. 4.
Venite post me. Ex necessaria pau-

Et vocavit eos. Falsæ diuitum felicitati, veram pauperum felicitatem antistare, quod hi ad regnum cælorum vocentur. 3. 16. 4. seqq.

Illi autem statim relictis retibus, & patre, secuti sunt eum. Periculosum diuitiarum pondus relinquendum esse, & abijciendum. 3. 8. 14. Eadem fuisse Philosophorum de paupertatis pretio iudicia. 3. 16. 8.

IN Festo S. Nicolai. Matth. 25.

Homo peregrinè proficiscens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Quantum profit vel obfit, scire, vel nescire Dominum vbique præsentem? 1. 7. 4. seqq. vt per D. Nicolaum bona Deus tradidit tribus filiabus; ita miro exemplo succurrit duobus egenis conjugibus. 3. 13. 6. Dei erga pauperes cura. 3. 13. 12. seqq.

Et uni tradidit quinque talenta. S. Nicolaum inter reliqua abstinentiæ, liberalitatis, misericordiæ, ac pietatis, talentum etiam quintum accepisse. vt conjugum sterilitati possit gratiam proliis impetrare. 2. 37. 10.

Alij autem duo, alij verò unum, unicuique secundum propriam virtutem. Opes sequi si virtutes præcedant. 3. 26. 3. Ethelouuoldi, VVilhelmi, Germani sanctissimorum Episcoporum exempla, pauperes, more S. Nicolai curantium. 3. 13. 11. Quo modo se S. Basiliius, tempore famis, erga pauperes gesserit? 4. 9. 2. seqq. item quo modo Iodocus? 4. 9. 4.

Abijt autem, qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Spe & metu

mortales simul esse in officio cõtinentos. 2. 1. 5. Quanti diuitias fecerint Poëtæ, Prophetæ, Philosophi? 3. 1. 2. seqq.

Similiter, & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Ars, qua opifices ditescant. 1. 13. 4. seqq.

Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. D. Nicolaum talentum suum non fodisse in terram, qui id ad castimoniam virginum collocavit: quid autem commerita sit verula lena, castitatis proditrix, vide. 2. 45. 3. Simulata & hypocritica nuntios defodientium paupertatis. 3. 17. 2.

Post multum verò temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Grauisissimis pœnis dignos esse auaros fame in lucrum videntes, & non in occasionem liberalitatis, adeoty quasi pecuniam defodiētes. 4. 9. 7.

Domine quinque talenta tradidisti mihi: Ecce, alia quinque superlucratus sum. Talem fuisse S. Nicolaum, qui etiam pecuniæ talenta optime collocavit in dotandis pauperculis, de quibus dotandis miram prouidentiam sæpe ostendit Deus. 2. 26. 3. seqq.

Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. De fide non tantum seruorum erga dominos suos, sed etiam vxorum erga maritos, & vice versa. 2. 23. 2. Varij honores Sacerdotibus exhibiti, inter quos est etiam Sacerdos magnus S. Nicolaus. 3. 27. 5. seqq.

ff 2

Intra

Intra in gaudium Domini tui. Quanta futura sit lætitia intrantium in celum, cum tanta fuerit Adam intrantis in Paradisum? 2. 12. 3. seqq. Talio honorum, seu quinque pro quinque, duo pro duobus à Christo promissa. 3. 43. 1. seqq. Qui intrare volunt in gaudium Domini, debent tempore famis peregrinos sinere intrare in vrbes & domos suas. 4. 9. 9. seq.

Domine duo talenta tradidisti mihi: Ecce alia duo lucratus sum. De vxore bona & diuite, tamquã duobus talentis, per eleemosynas acquisita. 2. 26. 5. Historia memorabilis de bonorum retaliationē. 3. 43. 2.

IN Festo Conceptionis B. Mariæ Virginis. Matth. 1. *Liber Generationis Iesu Christi.* Nempe secundum humanitatē. De libro vitæ, in quem inscripti Sancti, per canonizationem declarantur 3. 27. 10.

Abraham genuit Isaac. De utroque hoc agitur, scilicet de Abraham hospitalitate 1. 4. 11. & quã fuerit seruus fidelis 1. 35. 8. de Isaac. 1. 10. 6. De varijs heroibus, quos in varios infestis que casus demisit Deus. 1. 29. 5.

De Thamar, de Rahab, de ea, que fuit Vria, &c. In ipsius Christi non minus vita, quã familia, quanta fuerit gloriæ infamiatq; vicissitudo? 1. 29. 6.

Dauid autem Rex genuit Salomonem. Regia stirpe Christus & Maria orti, alios quoque ad regnum perducent, si quis Mariam velut sponsam colat, sicut & alij per conjuges regna adepti sunt. 2. 45. 20.

Ex ea, que fuit Vria. De adultere-

ris, & adulterijs, ac fide conjugali violata. 2. 31. 2. seqq.

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Ioseph pauper à regia Virgine in maritum susceptus, sicut olim Crates; quia mores, non opes, in futuro conjuges sunt spectandi. 2. 26. 2. & 2. 26. 7. Exemplo Iosephi & Mariæ, melius virtutibus, quã facultatibus conjuges copulari. 2. 26. 4. seqq. De antiqui Iosephi castitate & fortitudine. 2. 32.

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Maria Paradiso assimilanda, in quo fuit arbor vitæ. 2. 12. 10. Maria Ecclesiæ par, quæ est sine ruga & macula. 3. 41. 15. Sicut omnes generationes in Christo terminantur, ita omnia, in gloriam Dei, tamquam in finem esse facienda. 3. 21. 10.

IN festo S. Thomæ Apostoli. Ioan. 20. *Thomas unus de duodecim.* De S. Thoma SS. Eucharistiam administrante. 1. 15. 13. De Apostolis duodecim à Christo contra calumnias defensis. 1. 13. 11.

Qui dicitur Dydimus. Sancti nomine honorati, & alijs modis. 3. 27. 9. De nominum superstitiosa obseruatione. 1. 36. 8. De Apostolis nominatim fortitione electis. 1. 34. 9. seq.

Non erat cum eis, quando venit Iesus. Discrimen inter Thomam & reliquos Apostolos, quorum isti creduli, ille incredulus. Talia discrimina, inter varios, Cain & Abel, Esau & Iacob, Cham & fratres, Orpham & Ruth, Ioseph & fratres, &c. bonos & malos. 4. 56. 2. seqq.

Vidi-

Vidimus Dominum. Videre Dominum summa est beatitudo. 1. 32. 2.

Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, &c. Non omne bonum bene appeti. 3. 20. 1. De Apostolorum ignorantia. 1. 4. 6. De eorumdem tenebris. 1. 7. 2.

Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Sociatum fuisse reliquis Apostolis quantum profuerit S. Thomæ? unde patet quanta sint societatis humanæ commercia. 2. 17. 1. Socios conuersationis plerumque esse socios morum. 2. 34. 11.

Venit Iesus ianuis clausis. De ijs, qui carcere vtiliter clausi sunt. 3. 38. 2. seqq.

Et stetit in medio. Deum esse in medio hominum qui agnoscit, quem fructum referat? 1. 5. 1. & 1. 7. 9. seqq. & 1. 15. 5.

Pax vobis. Tanto maius esse bonum in pace, quanto maius malum est in bello, quod fame, & peste deterius iudicauit Dauid. 4. 11. 1. seqq.

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas. Quam patiens Christus fuerit, qui se non tantum à Thoma impassibilem, sed etiam adhuc passibilem diriter tangi passus est? 1. 40. 7. nec solum in se, sed etiam in Sanctis suis. ib. seqq.

Et affer manum tuam, & mitte in latus meum. Christus vel hordeaceum panem vulneri intinctum reddit suauem. 1. 19. 4.

Et nolite esse incredulus, sed fidelis. Sanguis & vulnera Christi optimum

contra desperationem antidotum. 1. 42. 5. 14. Fide carens facile labitur. 1. 33. 2.

Dominus meus, & Deus meus. Deum ante omnia colendum & mente, voce, opere honorandum esse. 3. 27. 14.

Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Necessarias esse etiam quibusdam Sanctis tentationes. 4. 57. 3.

Beati, qui non viderunt, & crediderunt. De fidei defectu. 1. 33. 1. De fidei per aquam probatione. 1. 8. 11.

In die Natiuitatis Christi. Luc. 2. *Exijt edictum à Casare Augusto.* De Christi summa humilitate, Casari obedientis. 3. 40. 4. seqq.

Ascendit autem & Ioseph, &c. Bethlehem domus panis. 1. 20. 3. seqq. Dei in extrema fame notabilis misericordia, quasi totus terrarum orbis sit Bethlehem, seu domus panis. 1. 20. 11.

Eò, quòd esset de domo, & familia Dauid. Lapis sine manibus excisus Christus de stirpe Dauid, similis est mirabili lapidi, producenti stupendos effectus. 2. 47. 13.

Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore, pregnante. De adiutorio coniugum secundo matrimonij sine, & coniugibus sibi mutuo succurrentibus. 2. 24. 5. seqq. Pregnantibus nimis delicatam quietem obesse. 38. 6. obesse & cibi potusque intemperantiam, & iram pregnantibus aliosque affectus, qui Deiparæ non nocuerunt. 2. 38. 7. seqq.

Cùm esset ibi, impleti sunt dies, ut pareret. In Christi horoscopo myseria

steria Christi videri non potuisse. 1. 27. 8.

Et peperit filium suum primoge-

nitum. Hac vna prole beatam merito dictam Deiparam, cum alix matres sterilitate, alix multitudine prolis sint punita. 2. 37. 5. & 2. 37. 14. seq. B. Virgo sine dolore peperit, cum Eva dolores partus sint decreti. 1. 39. 1. seqq. Dei Matrē, in puerperio sordes non esse passam. 2. 39. 7. seq.

Et pannis eum inuoluit. Quanta sit cura proli impendenda? 2. 39. 11. De Christi Domini pannis inuoluti paupertate. 3. 14. 4.

Et reclinauit eum in praesepio. Vbi a boue & asino foueretur. De beneficijs bestiarum erga homines. 1. 22. 1. seqq. De Christi humilitate, ex habitatione, vestitu, &c. 3. 40. 6.

Quia non erat eis locus in diuersorio. Nihil deesse timentibus Deum ad se, etsi diuersorium desit, saltem non deesse stabulum. 1. 20. 1. Pauperes & hospitio carentes esse Deo similes. 3. 14. 9.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilas noctis super gregem suum. Pauperes, quales esse solent pastores, esse amicos Dei. 3. 15. 1. nec amicos tantum, sed etiam fratres & familiares Christi. 3. 15. 2.

Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos. De ministerijs Angelorum erga Onuphrium & Bertrandum. 1. 15. 10. Erga Agar & Abraham. 1. 10. 6. Erga B. Virginem. 1. 12. 1. Erga Iosephum. 1. 12. 3. Erga Anachoretas. 1. 17. 6. & 1. 18.

3. seq. De Angelorum fulgore, & celebritate. 1. 3. 10. & 2. 4. 14.

Et timuerunt timore magno. De vero ac vano timore superstitionum in nocte Natiuitatis Christi. 2. 47. 20. De animalibus, non quidem in nocte Natiuitatis, sed alijs monstris loquentibus. 2. 47. 17. & 2. 52. 13.

Nolite timere. Nullum esse tantum peccatum, quod ita timendum sit, vt per pœnitentiam non possit deleri. 1. 42. 16.

Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Pauperibus, mira Dei dispositione, in Natali Christi epulum datum. 1. 20. 6. Quidam in Hispania, sicut Dauid coram arca, præ gaudio Christi nati saltauit; alij in nocte Natiuitatis petulanter saltantes, in pœnam coacti sunt toto anno saltare. 2. 54. 5. seqq.

Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus. Miraculosa natiuitas Christi opponitur monstris, quæ ex hominibus nata sunt. 2. 47. 19.

Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in praesepio. A parvulo Iesv eruditum esse Augustinum. 1. 21. 8. Turcæ Christi præsepe considerantis mira conuersio. 1. 41. 15. Non tantum in præsepio, Sed etiam inter animalia inuentus, quia animalia vel muta laudant Deum, ne dum loquentia. 2. 45. 17.

Et subito facta est cum Angelo multitudo militia celestis laudantium Deum. De Angelorum cura erga pueros

pueros etiam sub terra defossos. 2. 19. 24. De Angelorum splendore. 2. 47. 5. De eorumdem forma, cum apparent. 2. 58. 2.

Gloria in altissimis DEO. Gloriam Deo dandam, ob admirabilem Deiparæ partû, qui admirabilitate sua anteit omnes prodigiosos hominum partus, de quibus 2. 47. 19. De Angelis qui gloriam Dei quærentibus, cruces venales habent. 2. 30. 4.

Et in terra pax hominibus, bonæ voluntatis. Bonæ voluntatis esse omnes, qui Christum volunt in paupertate imitari. 3. 15. 3. seqq. quorum pluri- mi, & quales fuerint? ibid. Qualis pax tempore Christi futura prædicta sit? 3. 56. 6. A Deo prohiberi dæmonem, ne plura bella ferat. 3. 56. 1.

IN die S. Stephani. Matth. 23. *Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas.* In festo S. Stephani mirabiliter conuersus à concio- nante Monetus. 1. 25. 10.

Et ex illis occidetis: & crucifige- tis: & ex eis flagellabitis in Synago- gis vestris. Sanctos occidunt impij, à quibus sanitatem & vitam accipiunt, vt à Stephano. 4. 39. 13. Optimos quos- que & fortissimos duris gaudere. 4. 57. 1.

Et persequemini de ciuitate in ci- uitate. Non sine diuina voluntate fieri eiusmodi persecutiones, in Semei, & Alarico Gothorum duce ostenditur. 1. 30. 7. seq.

Et veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. Crispi innocentis mors mortem com-

pensata. 3. 49. 8. Sanguine prodigioso manus arida, & alborum ossium pro- diti ad mortem rei. 4. 52. 5. De crude- libus, qui talionem experiuntur. 4. 52. 6.

A sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariae, &c. Sanguinem Abel vindictam, Stephani autem & Christi, misericordias impetrandem, ostendere immensam Dei, & Sancto- rum bonitatem. 1. 6. 1. seqq.

Quem occidistis inter templum & altare. Occidi multos innocentes, ex beneficio Dei. 4. 46. 3. seqq. Sanctis cum Arnulpho, ob spem lucri spiritua- lis, suaue esse pati. 4. 47. 2.

Venient hæc omnia super genera- tionem istam. Susannæ calumniato- res, lapides, quos parauerant, passî. 3. 49. 5. S. Stephani lapidatores, & calum- niatores, passî quod fecerunt, docent, calumniatores sibi & alijs esse perni- ciosos. 3. 49. 1. seqq.

Ierusalem, Ierusalem, qua occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Cur Stephanus lapidatus, Susanna sit saxi liberata? 2. 27. 9. Pro- pheta à leone, ob innocentiam, occisus, Deo volente, sicut & alij ob sua peccata. 4. 47. 1. seqq.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congre- gat pullos suos sub alas, & noluit. Causam perditionis hominum non esse in Deo, sed in ipsis hominibus. 4. 53. 1. seqq. & 4. 54. 1. seqq.

Ecce relinquetur vobis domus ves- tra deserta. Calumnix & injuriæ à Iudæis Christo impactæ, quo modo vindi-

vindicatæ? 3. 49. 6. Clades Ierosoly-
mitana à Christo prædicta, eiusq; caus-
sa. 3. 53. 1. seqq.

*Dico enim vobis, non me videbi-
tis amodo.* Videre Christum specio-
sum præ filijs hominum, quàm sit ju-
cundum, cum S. Stephanum intuentes,
velut Angelum se putarint videre. Vbi
de formæ bono potest agi, quæ castita-
tis causâ vxori ablata, & mariti causa
est restituta. 2. 47. 14.

*Donec dicatis: Benedictus, qui
venit in nomine Domini.* Benedi-
ctum esse & S. Stephanum, cuius no-
men coronam sonat; alijs plures coro-
nas dari exemplo Alexandri Scoti. 1. 5.
12. quid Pij II. Pontificis corona por-
tenderit? 1. 5. 13.

IN festo S. Ioannis Apostoli &
Euangelistæ. Ioan. 21. *Sequere
me.* Apostolos Christum paupertatis
amore secutos excellentiores fuisse,
quàm Ethnicos olim, qui non solum
ad paupertatis amorem venerunt, sed
etiam, vt maximi virtute, ita minimi
opibus fuerunt. 3. 16. 1. seqq.

*Conuersus Petrus, vidit illum
discipulum, quem diligebat IESVS,
sequentem.* In quo consistat amor Dei
erga hominem? 1. 43. 9. Quem diligit
Deus, etsi non bonum, bonum facit.
1. 15. 6. Dilectionem DEI esse causam
sanctitatis, & miraculorum, 1. 12. 8.

*Qui & recubuit in cæna super pe-
tus eius.* De honore Sanctis debito
& habito. 3. 27. 8.

*Et dixit: Domine, quis est, qui
tradet te?* Cur Deus occulta sua judi-

cia sæpe non reuelet? 1. 3. 4. Multa Dei
arcana etiam in hac vita sanctis reuela-
ri, & quibus? 1. 4. 2. seqq.

Domine, hic autem quid? Quan-
tum arbor scientiæ boni & mali curio-
sis nostris parentibus nocuerit? 2. 13. 30.
An arcana Dei rectè indagentur? 1. 4. 31.
seqq.

*Sic eum volo manere, donec ve-
niam.* S. Ioannes saltem venenum in-
noxium bibit, sicut Sabinus Episcopus,
cum illud miscenti noceret. 3. 52. 12.

Quid ad te? Tu me sequere. Con-
silia Dei non curiosè, sed piè indaganda.
1. 4. 4. & 1. 4. 12. Curiositas vxoris Lot,
quantum fuerit peccatum? 2. 55. 9. seqq.
Arcana Dei multa sanctis in cælum re-
seruari. 1. 3. 17.

*Exijt ergo sermo iste inter fratres,
quòd discipulus ille non moritur.*
Non mortuus est, saltem quando vene-
num bibit, sicut multis serpentes inno-
xij fuerunt, de quibus. 2. 14. 14. seqq. De
iudicio temerario fugiendo. 3. 28. 9. &
3. 34. 2. seqq.

*Et non dixit Iesus, quia non mo-
ritur.* Venenum mortiferum in-
noxius bibit Ioannes, ad maiorem sui
gloriam. Omnia homini fertire, si Deus
velit. 1. 22. 8. Cur bestia hominibus
cœperint nocere? 1. 22. 9. Quàm sæpè
falsis suspicionibus nitantur argumen-
tationes hominum inter ipsos etiam
coniuges? 2. 36. 1. Item ex filiorum dis-
similitudine? quos effectus habeant su-
spiciones? 2. 51. 8.

*Hic est discipulus ille, qui testimo-
nium perhibet de his, & scripsit hæc.*
Ioannes similis aquilæ grata & Aristo-
menis

menis baiulatrici. 1. 22. 6. seq. De succursu aquilarum & disciplinæ capacitæ. 2. 14. 13.

Et scimus, quia verum est testimonium eius. Fidem vocari scientiam, propter certitudinem, aded vt quidam eam aquis feruentibus probarint. 2. 8. 11. alij ipso igne. 3. 36. 8. De veritate patrociniij huius Apostoli, quem S. Elisabetha in patronum quomodo sit sortita? 1. 34. 11.

In festo SS. Innocentiũ. Matth.

2. *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Ab Angelis homines doceri, vt Agar. 1. 10. & Abraham. ib. & Ioseph. 1. 12. 1. seqq. A paruulis quoque & simplicibus instrui sapientes. 1. 21. 2. seqq.

Surge, & accipe puerum, & matrem eius. Sicut hinc nati pueri gaudio exilium; ita sæpe etiam alijs bonis coniugis mala esse admixta. 2. 30. 1. seq.

Et fuge in Aegyptum. Insidias potentum, diuino consilio, mirabiliter vitari. 1. 28. 2. seqq. Omnes in exilio degere. 4. 45. 1. Quosdam mereti, vt extra patriam moriantur. 4. 45. 3.

Et esto ibi, vsque dum dicam tibi. De exilio patienter ferendo; quod multis fuit gloriosum. 4. 45. 4. Angelorum cura circa homines etiam è carcere liberandos, in Ephram ostensa. 3. 38. 2. seqq.

Futurum est, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Omnes hominum vires, & conatus, contra Deũ euntes, irritos fieri. 1. 29. 2. Christus & parentes eius innocentes, Britanni sua culpa, sua regione pulsi. 3. 62. 9. Cur in-

nocentibus, etiam infantibus, diabolus per veneficos tantopere insidietur? 4. 19. 11.

Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte. De exilio, in quo nonnulli feliciores. 4. 45. 5. & quod sapienti nihil boni auferret. 4. 45. 6.

Et secessit in Aegyptum. Virtutum cos aduerfitas, & Fortunæ victores cui comparentur? 1. 31. 9. Foris quàm domi, cur quidam acceptiores? 4. 45. 7. seq.

Et erat ibi vsq. ad obitũ Herodis. Vnum quidem locum esse altero salubriorem, nullum tamen à morte securum. 4. 45. 2. Sapientes extra patriam non mori, cum vbique illis patria sit. 4. 45. 4. Cur mali non statim morte tollantur? 4. 46. 9. Impios multò iustiore titulo citiùs mori, quàm pios. 4. 47. 1. De obitu variorum Principum ob scelera sua. 4. 51. 1. seqq.

Ex Aegypto vocaui filium meum. Sic ex infamia & miserijs ad honorem & felicitatem vocat Deus suos, vt Rusticum Voburgensem, & alios. 3. 37. 2. seqq. Sanctis nusquam & vbique exilium esse in terris. 4. 45. 9.

Herodes videns, quoniam illusus esset à magis, iratus est valde. Ira quantarum cadium causa sit? 2. 36. 2. seqq.

Et mittens occidit omnes pueros, &c. Cur innocentes Deus aliquando etiam ignibus tangi sinat? vel non sinat? 2. 3. 11. & 2. 3. 15. & 2. 4. 10. Alia de causa ab vrsis laceratos esse pueros olim ludentes. 2. 15. 7. De militibus sæui imperij executoribus, quibus talio debetur



betur. 3. 54. 7. Nullum immaturum mori, dum occasione peccandi subducitur. 4. 46. 6.

Qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius. Etiam alios alibi innocentes complures tyrannica suspitione occisos esse. 2. 36. 2. seqq. An sint totæ alicubi Pygmæorum nationes? 2. 50. 7. quanta per paruos Deus fecerit? 2. 50. 6.

Vox in Rama audita est. Lamentatio harum matrū, auxit dolorem patrum, sicut sæpe sunt mulieres maritorum cruces. 2. 30. 3. seqq. Filios sæpe occidi in pœnam parentum. 2. 40. 10. Parentes ipsos sæpè proli suæ mortem moliri. 2. 40. 11. seqq. De infantibus, quorum vox & prodigiosa locutio audita est. 2. 47. 20. Vox sanguinis infantium ad Deum clamauit, & locuta est, sicut illi infantes, qui prodigiosè sunt locuti. 2. 47. 20. Multos potius mori, ne mala gentis suæ videant. 4. 46. 7. Anima pueri occisi latroni nullam dat quietem, quid tot puerorum animæ facient? 4. 52. 4.

Et noluit consolari, quia non sunt. Liberos non intemperatè lugendos esse. 2. 40. 14. Quæ, & cur à prole, in matrimonio mala? 2. 40. 7. Infantis recens pati miseria, vt proinde præster eum citò rari ad cælum. 4. 1. 3. Miseriæ hominis ex breuitate vitæ eorum, qui in infantiæ moriuntur. 4. 1. 9. Cur S. Antonio poluerit Deus reuelare, quare aliqui in infantiæ moriantur, cum tamen id reuelauerit in Scripturis? 4. 46. 1.

IN Festo Circumcisionis Domini. Luc. 2. *Postquam consum-*

mati sunt dies octo. Christi summa humilitas ex summa exinanitione, qui cum æternus, impassibilis, immortalis esset, voluit tempore mensurari, pati, vulnerari, &c. 3. 40. 5.

Vt circumcideretur puer. Alia paterni amoris signa esse in filiis sæculi, alia in filiis Dei. 1. 31. 1. Deum filios suos flagellis probare. 1. 31. 2. Præstare filium doloris esse in hac, quàm in altera vita. 1. 31. 4. Sponsus sanguinum Mariæ fuit Christus, cuius proinde mirabili beneuolentia mirè incensa fuit, exemplo matronæ Nobilis, 2. 26. 8. Christus est peccare non potuit, tamen vt peccator circumciscus, immò vt latro occisus est in nostrum exemplum. 3. 40. 8.

Vocatum est Nomen eius Iesus. De ratione nominum rebus ab Adamo impositorum? 2. 12. 2. Nomen Domini & de seipso, & de beneficijs amabile esse, atque admirabile. 1. 43. 11. Nomen Christi foribus præfixum in terræ motu profuit. 2. 18. 11. Cur Deus nomen & gloriam à nobis expectat? 3. 21. 1. Sancti nomine honorati. 3. 27. 9. Quàm vanè quidam nomina sua vbiq; appingant, cum longè præstaret nomen Iesv appingere. 3. 29. 10. Non en Iesv in ore labrius, quàm diaboli, cuius imprecatio quàm sit noxia? 4. 41. 6.

Quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. De alijs Christi nominibus, vt Ego sum. 1. 1. 14. Filius hominis ob humilitatem originis. 3. 39. 31. & 3. 40. 9. De nomine & insignibus fatui impressis per naturam, cum hoc nomen, & insignia crucis Christo sint à Deo impressa. 2. 51. 11. Nomen Iesv vocatum est ab Apostolis, qui

qui in eo morbos curauerunt. 4. 40. 1. Regis filius, nomine IESV inuocato, sanatus quantæ conuersionis causa fuerit? 4. 40. 6.

Quo modo Christus sit Saluator. Sicut serpens à Moysè erectus. 1. 1. 6. seq. Qui de SS. Nomine IESV plura uult, uideat librum nostrū de Nomine IESV.

IN Festo Epiphaniæ Domini. Matth. 2. *Cum natus esset IESVS in Bethlehem, in diebus Herodis regis.* De regum miserijs, quæ in Herode maximè apparuerunt. 3. 16. 6.

Ecce Magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam. Cum uenisse credantur in camels, mirum iter camelorum diuinitus actorum potest referri. 1. 9. 10. seq.

Vbi est, qui natus est rex Iudeorū? Rectè etiam de alijs regibus quæri, qui per scelera regnum perdidierunt, sicut Christus sua uirtute regnū est adeptus. 3. 61. 2. seqq.

Vidimus stellam eius in Oriente. An sit fatum aliquod in constellatione, & dispositione calorū, sicut uoluerunt Priscillianistæ? quid sit Fortuna, Casus, Fatum, ratione hominum stultorum, vel sapientum? 1. 24. 1. seqq. & 1. 27. 2. seqq. nullam esse à Fato necessitatem, quam S. Ambrosius, Augustinus, & ratio refutat. 1. 2. 3. seqq.

Venimus adorare eum. Magorum exemplo, per astra & creaturas ad Deū esse ascendendum. 1. 27. 12. Deum ante omnia colendum atque honorandum esse. 3. 27. 14.

Audiens autem Herodes rex tur-

batus est. Herodes impius, crudelis, inuidus, ad regnum promotus est, quia sæpè mali ab hominibus & dæmonibus ad honores promouentur, & cur? 3. 29. 6. seqq. Turbatus est Herodes, quia à recens nato Rege putabat sibi aliquid detractum iri, plerique enim dolent, si quid in honore patiantur. 3. 30. 1. Herodis impietas, crudelitas, scelera & varia supplicia, uti & eorum, qui sunt Herodi pares. 4. 25. 1. seqq.

Et omnis Ierosolyma cum illo. Aulicæ vitæ. se ad regis exemplū componentis imago. 3. 54. 3. seq. Cum rege bellis turbari populos, quando religio violatur. 3. 61. 2. seqq.

Et congregans omnes Principes Sacerdotum, &c. Varij honores Sacerdotibus, olim & nunc, etiam per hostes exhibiti. 3. 27. 5. seqq. Herodes cum Sacerdotibus, sicut vulpes cum serpente pacem insidam inuit. 3. 66. 5.

Sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur? Consilium à bonis, non à malis consultoribus petendum. 3. 48. 1. seqq.

In Bethlehem Iudæ, &c. Non solum Bethlehem, sed etiam totam Terram sanctam olim à Christianis mirè fuisse æstimatam & honoratam. 3. 62. 1. Terram sanctam à Christianis violatam, Christianis ereptam. 3. 62. 2. seqq.

Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Deus homines per bestias ducit. 1. 22. 1. non per Fortunam. 1. 24. 1. seqq. sed per suam providentiam. 1. 25. 1. seqq.

Tunc Herodes, clam uocatis Ma-

gis, diligenter didicit ab eis tempus stelle. Vulpes non solum Herodi, sed etiam alijs hominibus similes. 2. 61. 3. seqq. & 2. 53. 10.

Mittens illos in Bethlehem. Magi peculiari cura diuina ad præsepe ducti. 1. 12. 2. Quam malè cedant consilia Politica, consulentibus, more Herodis? 3. 62. 6. seqq.

Ite & interrogate diligenter de puero. Sollicitus est Herodes sceleratus de amittendo regno, sciens Imperia, & Monarchias, ob scelera fuisse extincta. 3. 60. 1. seqq.

Et cum inueneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Herodem esse malorum Politicorum imaginem, sicut Ieroboam fuit. 3. 61. 13. Herodes vulpi similis, quæ viam Aristomeni monstrauit. 1. 22. 7. Magus in vulpis forma raptus. 2. 60. 20.

Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Majestatis fulgor in stella representatus. 2. 3. 10.

Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.

Tacetur pater, quia absentia conjugum aliquando prodest. 2. 43. 2.

Et procidentes adorauerunt eum, &c. Deberi Christo adorationem, & cultum omnem diuinum, contra Arianos, cum sit Deus. 3. 18. 2.

IN Festo Purificationis. Luc. 2.

Postquam impleti sunt dies Purificationis Mariae, secundum legem

Moyss. An B. Virgo purificatione indiguerit? 2. 39. 9. An B. Deipara legi Purificationis fuerit obstricta? & de cautela puerperis adhibenda. 2. 39. 10.

Tulerunt IESum in Ierusalem, vsisterent eum Domino. Grata esse Deo templa, patet non solum, quia in illud Christus puer voluit portari, sed etiam, quia alijs Infidelium replis terræ motu euerfis, templa sancta inconcussa steterunt. 2. 18. 10. B. Virgo Deo offerens, quo modo ab alijs matribus sit imitanda? 2. 45. 15. seqq.

Et, ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini. Quanta sit cura proli impendenda? 2. 39. 11.

Par turturum, aut duos pullos columbarum. Hæc hostia erat pauperum, quales esse cur præster? 3. 16. 7. De tribus classibus pauperum. 3. 17. 1. seqq. Diuitis & pauperis fabella è S. Bernardino. 3. 17. 5.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon. In Simeone senes doceri, senibus tamquam Patribus Preceptoribus. Magistratui honorem deberi. 3. 25. 5.

Et homo iste justus, & timoratus, expectans consolationem Israël. Varij tituli & modi, quibus senes possunt, aut solent honorari. 3. 25. 6.

Et Spiritus sanctus erat in eo. Senes quia Spiritus sanctus est vel præsumitur esse in illis, non esse contemnendos. 3. 25. 7.

Et responsum acceperat à Spiritu sancto,

sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. De miseria hominis ex breuitate vitæ etiam eorū, qui in senectute decedunt. 4. 1. 10. & eorum quoque, qui diu feliciter vixisse videntur. 4. 1. 11.

Et venit in spiritu in templum. Non casu, sed consilio Dei venisse hunc senem in templum, cum nihil fiat sine diuinæ sapientiæ dispositione. 1. 24. 11. & 1. 25. 9.

Et ipse accepit eum in vlnas suas; & benedixit Deum. Eumdem Christum non in vlnas tantum, sed in pectus accipiendum, tamquam viaticum à mortuis. 1. 41. 15.

Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Sors à cantu fortuito. 1. 34. 13. Dimitti quasi captiuus è carcere cupit, quia miserię causa sunt, vt homines è vita libenter excedant, exemplo Francisci Costeri. 4. 2. 7. Desiderium vitæ melioris per morbos, inter quos est & senium, iniici. 4. 28. 12. Cur sancti mortem citam optent? 4. 48. 15. Cur Simeon dicat: Dimittis? quasi è carcere. 4. 48. 9. Senes alios raro mortem feruamente optare. 4. 49. 12.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum, &c. Christo salutiferam vim inesse, sicut quondam arbori vitæ vis salutifera infuit. 2. 12. 10.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. De vsu & abusu candelarum, seu cereorum, in fortibus ducendis. 1. 34. 9. Lumine abutentes, Dei lumine indignos esse. 2. 5. 16. Molestias tenebrarum in aëre, desi-

derium lucis æternæ accendere. 2. 5. 19. ceremonias sacras (vt luminum in templis accensionem) non esse contemnendas; profanas tamen vitandas. 3. 60. 9. Rectè mortuos accensis luminibus efferrī. 4. 66. 5.

IN Festo S. Mathiæ Apostoli. Matth. 31. *Confiteor tibi Pater, Domine celi & terra, &c.* Quas ob causas subinde bonis honores, vt sunt etiam reuelationes, non conferantur? 3. 28. 3. Quales confessiones, seu professiones publicæ sint beneficorum? 4. 19. 2.

Quia abscondisti hæc à Sapien- tibus, & Prudentibus. Sermonem esse de illuminatione gratiæ peculiari, cum communis necessaria omnibus nemini negetur. 4. 53. 3. & 4. 54. 4. seqq. Dei artem esse, contraria è cōtrarijs elicere, & miri simplicitatis effectus. 1. 21. 1. seqq. De sapientia diuina paruulis reuelata. 1. 21. 7. seqq. Ipsos Sapientes à simplicibus erudiri. 1. 21. 16.

Et reuelasti ea paruulis. Tantam esse Dei bonitatem, vt sua consilia subinde suis amicis patefaciat. 1. 4. 2. seqq. Omnes hominum casus à Deo, non sine iusta causa permitti, quam non curiosi, sed pij indagatores possint deprehendere. 1. 4. 12. Deiparæ virginitas, & mysterium SS. Trinitatis à simplicibus defensa. 1. 21. 6. & 1. 21. 15. Pamilorum gratiosa paruitas. 2. 50. 40. paruulorū utilitas. 2. 50. 5. Deum per paruos magna patrasse. 2. 50. 2. Deum Sanctis suis multa reuelare. 3. 32. 2.

Quoniam sic placitum fuit ante te. Non dari causam ex parte electorum totius prædestinationis, sed eam pende-

pendere, tamquam ex causa prima ex Dei beneplacito, maximè quoad peculiarem gratiam, quæ datur prædestinatis, sicut à Deo pendet temperatio sortium, per quas electus est Apostolus Mathias. 1. 34. 3. seq. & 1. 35. 2. seqq.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Etiam potestas sortium, quarum descriptio & genera sunt. 1. 34. 1. & ritus sortium in regibus eligendis, vrbibus oppugnandis, alijsq; negotijs. 1. 34. 2. Quinam fortes vsurpârint? 1. 34. 3. Multos pios piè imitatos esse factum Apostolorum, Mathiam sorte eligentium. 1. 34. 4. seqq. Qui mîs, qui bene fortibus vsi? 1. 35. 1. seqq. De sortitione Menstruorum Sanctorum. 1. 34. 8. & 1. 35. 11.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Hinc apparere, quòd nemo sit, quem Deus non velit sufficienter iuuare. 4. 54. 6. Prælagijs Mauritum ad pœnitentiam vocatum. 4. 50. 4.

Et ego reficiam vos. De remedijs Zelotypiæ, homines reficiendos grauius affligentis. 2. 36. 14. Per Apostolos quoque refecit Christus homines, & vel idcirco, tempore Christi tot fuerunt à dæmone inlesi, vt per Apostolos liberarètur. 4. 28. 9. Quid Apostolus Mathias per virtutem sanitatum effecerit? 4. 39. 11.

Tollitè jugum meum super vos. Optabilius esse, vt in hac vita secemur, & vramur, quàm in altera. 1. 31. 6.

Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Eosdem esse iniuriarum & honorum contemptores, adeoq; eosdem mites, & humiles corde, 3. 28.

7. Reprehensionum patienter ferendum ac humiliter, remedia. 3. 35. 6. Christus à se humilitatem disci volens, an humilitatem simulârît? 3. 40. 2. Cuius rei cognitio humiles efficiat? 3. 40. 3. De Christi humilitate. 3. 40. 4. seqq.

Et inuenietis requiem animabus vestris. Feminarum quarumdã mira patientia erga maritos, & mira, inter causas litium, requies. 2. 35. 2. seqq. Quanta requies careant zelotypia laborantes? 2. 36. 13.

Iugum enim meum suauè est, & onus meum leue. Mundi iugum ita graue esse, vt quosdam faciat gibbosos. 2. 54. 1. Suauius est iugo huius vitæ puniri, quàm in altera vita, etiam iudicio Mauritij. 4. 50. 5.

In festo Annuntiationis. Luc. 1. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.* De Angelis ad homines missis cum ad templum irent. 3. 32. 3. cum pugnarent. 3. 56. 10. & 3. 62. 9. Angelus Mariam apud Iosephum defendit, Christum Herodi, Petrum, carceri eripuit. 1. 12. 1. seqq.

Ad Virginem. Virgini huic Incarnationis arcanum patefactum. 1. 4. 3. Virgines in ipso coniugio complures mansisse. 2. 21. 5. vti & Olympiadem. 2. 44. 13. seqq.

Desponsatam viro, cui nomen Ioseph. Ioseph fuisse patientiæ maritalis exemplum. 2. 35. 1. B. Virginem mansisse in, & post partum. 1. 21. 6. Hanc Virginem etiam esse virginem virginum,

num, quas defendit & coronat, 1. 13. 1. & 1. 13. 11.

Et nomen Virginis Maria. Figura Mariæ, per quam in summo discrimine, Deus succurrit, fuit Esther 1. 10. 2. Mariam esse fontem beneficiorum diuinorum. 1. 41. 4. Quo modo Mariæ virginitatem voluerit defendere S. Ignatius? 1. 24. 13.

Et ingressus Angelus ad eam. Angelum imitantur hunc virgines, quæ sunt in ordine Cælestinarum Annuntiarum. 3. 33. 1.

Aue gratia plena. Terram benedictam plenam fertilitate, Deiparæ figuram extitisse. 2. 16. 12. Inter reliquas gratias, Dei Mater inuocata sanatione morborum illustratur. 4. 40. 7. B. Dei Mater à pſittaco salutata. 2. 14. 11.

Dominus tecum. Hinc B. V. tan-ropere formidant dæmones, vt in eius honorem cedere de possessis cogantur, vt Oettingæ factum, 4. 31. 1. seqq.

Benedicta tu in mulieribus. B. V. terra benedictæ, seu Paradiso comparanda, de quo. 2. 21. 1. seqq.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius. Multos non modò non obstringi ad matrimonium, sed etiam obstringi ad votum matrimonij effectui contrarium. 2. 21. 6.

Et cogitabat, qualis esset ista saluatio. Incomprehensibile diuinæ bonitatis iudicium esse, in mysterio incarnationis. 1. 11. 6.

Ne timeas, Maria. Dei Matri nihil timendum, alijs diuinæ misericordie, & humanæ malitiæ magnitudo simul intuenta. 1. 42. 20

Inuenisti enim gratiam, apud DEVM. Deiparam non tantùm gratiam apud Deum pro se, sed etiam pro alijs inuenisse. Vnde à sterilibus vtiliter inuocatur. 2. 37. 9.

Ecce concipies in utero, & paries Filium. Admirandum Dei pro hominibus tam sceleratis humanam naturam suscipientis consilium. 1. 11. 5.

Et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur. In quanta homo mala per peccatum lapsus sit, vnde eū Christus liberavit? 1. 11. 3. & solus Deus liberare potuit. 1. 11. 4.

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Dei matri incarnationis arcanum patefactum. 1. 4. 3. Piè Dei consilia indagantes, quem fructum referant? 1. 4. 4. & 1. 4. 12. Petendam esse à Deo gratiam, vt eius consilia intelligamus. 1. 4. 14.

Etece Elisabeth cognata tua, &c. De sterilitate mulierum, vnde ea fit? 2. 37. 1. seq. & 2. 38. 10. Sterilitatis remedium oratio. 2. 37. 8. Sterilitas à Dei matre pulsà. 2. 37. 9. item à Sanctis. 2. 37. 10. Sterilium consolatio. 2. 37. 7. Sterilitatis fructus. 2. 37. 4.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Vt in virginitate tuenda Mariam imitarentur aliæ sanctæ femine, quid non passæ sint? 2. 57. 10. seqq. Hæc ancilla, facta est mundi Domina, quia in ea, sicut in S. Spiritu humilitas fuit honorata. 3. 28. 5.

IN festo S. Georgij martyris.
Ioan. 15. Ego sum vitis vera. Vi-

is vera & falsa, vera pauperum, & falsa diuitum gloria par, de qua. 3. 16. 4. seq.

Et Pater meus agricola est. Qui sanguine martyrum rigat & conuertit peccatores. 1. 42. 6. seqq. Sicut agricola vites luxuriantes amputat, ita DEVS homines per bella, quæ sæpe à DEO sunt. 3. 55. 7. nec omnia damnanda. 3. 56. 4. seq. Sæpe à DEO etiam iussa. 3. 56. 7. & miraculis approbata. 3. 56. 9. seq.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Ea ipsa, quæ naturæ mala censentur, bonis in bonum prouenire. 2. 2. 2.

Et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Ærumnosis casibus, hominum insolentiam refrænari, & indolem excitari. 1. 31. 7. seqq. Quales duces (nempe S. Georgio similes) esse oporteat, ut pax fiat? 3. 66. 6. item per quales milites pax & victoria possit obtineri? 3. 66. 9. SS. Martyres tormentis, alij morbis purgati, palmites sunt. 4. 31. 1. seqq. Quibus pro Purgatorio, tamquam purgandis palmitibus, morbus fuerit? 6. seqq.

Iam vos mundi estis, propter sermonem, quem locutus sum vobis. Nolle DEVM, ut quisquam de spe veniæ deturbetur. 1. 42. 3.

Manete in me, & ego in vobis. S. Georgius miles in Christo manens, vnusest eorum, qui bello claruerunt. 3. 57. 8.

Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in

vite, &c. Palmes à vite, homo à Christo vires accipit, in quo qui manet, est prodigiosarum virium, sicut D. Georgius, Georgio Castrioto, & Tritano longè antefendus. 2. 50. 14.

Ego sum vitis, vos palmites. Quo modo Mauritij filios, velut palmites, putauerit Deus, vt Mauritium purgaret? 4. 50. 6. seqq. Item aliorum Imperatorum & Principum, velut palmitum inutilium amputatio. 4. 51. 1. seqq.

Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. In eo, qui manet in DEO, quanta decora donatq; DEI, tamquam in Samsone aliquo conspiciantur? 2. 50. 12.

Sine me nihil potestis facere. Aëris per imbrem beneficia cum DEI gratia comparanda. 2. 5. 2. seq.

Optimum humilitatis remedium, nosse seipsum. 3. 40. 17. Nec medicos posse sine DEO sanare ægrum. 4. 37. 4. DEVM cum medico, & plus quàm medicum, ab ægroto inuocandum. 4. 37. 5. Etiam peritos medicos sine DEO nihil prodesse. 4. 38. 1.

Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Quænam genera peccantium maximè de spe decidunt? 1. 42. 4. In ignem missi cur tot Reges principes? 4. 51. 8. seqq. Posita in sacris locis impiorum cadauera, cum ignominia inde eiecta, vti & Valentini, & aliorum, quorum corpora cum ignominia & miraculo etiam è templis eiecta. 4. 67. 4. seqq.

Si manseritis in me, & verba mea

*mea in vobis manserint, quodcumq;
voveritis, petetis, & fiet vobis.*
Eorum, qui in DEI gratia sunt, quam
potens sit oratio? 1. 39. 11. seq.

IN Festo SS. Philippi & Iacobi.
Ioan. 14. *Non turbetur cor ve-*
strum. Amoris paterni signum esse ad-
versa ob qua turbari non debemus, si
flagellemur. 1. 31. 1. seqq.

Creditis in Deum, & in me cre-
dite. AEquè Christum ac Patrem eius
esse DEVM. Ut crederent Apostoli, &
credentes facerent, dedit Christus Apo-
stolis, tamquam noui testamenti Patri-
archis virtutem sanitarum. 4. 39. 1.
Philippus, quid per sanitarum virtu-
tem effecerit? 4. 39. 11. & S. Iacobus per
qua miracula quos sanarit. 4. 39. 10.

In domo Patris mei mansiones
multa sunt. Inæqualitatem esse, uti
meritorum, ita & gloria. 1. 32. 2. & 4.
63. 3. seq. Mansionum caelestium desi-
derium, per morbos creatur. 4. 28. 12.
Quantum desiderium harum mansio-
num habuerit Lesius, exemplum pa-
tientia Christiana in morbis. 4. 30. 11.
seqq.

Vado parare vobis locum. Cæli
gaudia Mundi illecebris longè antepo-
nenda esse. 1. 32. 1. Sicut nobis Christus,
ita Codrus suis regnum per paupertate-
m, & mortem suam parauit. 3. 17. 9.

Iterum veniam, & accipiam vos
ad meipsum. Quia amici sunt hono-
randi, & Christus Apostolos amicos
dixit, sic eos voluit honorare, ut ad se
ipsum acciperet. 3. 26. 10.

Vt ubi ego sum, & vos sitis.

Quanta sit felicitas, esse cum Christo?
1. 32. 2. Propter veram, hoc est, propter
æternam gloriam rectè homines ope-
rari, sic enim erunt, ubi Christus erit.
3. 20. 5.

Quò ego vado, scitis, & viam scitis.
Alios videre ac scire, alios nescire diui-
nam bonitatem. 1. 42. 1. Scientiam &
cognitionem admirationem & quere-
las tollere. 4. 14. 2.

Domine, nescimus, quò vadis.
Ignorantia viarum Domini, quam sit
hominibus perniciofa? 2. 1. 4. Ignoran-
tia aliàque animi mala, ex eodem fonte
manantia. 4. 15. 6.

Quo modo possumus viam scire?
An virtus sit via ad honorè tamquam
ad præmium eius? 3. 20. 3.

Ego sum via, veritas, & vita.
Per Christum, & Christi doctrinam ac
veritatem ad vitam iussisse maximos
peccatores. 1. 47. 13. seqq.

Nemo venit ad Patrem, nisi per
me. Hoc per meum meritum, gratiam,
doctrinam, & exemplum, quo pacto
SS. omnes ad Patrem venerunt. mira-
bili patientia injuriarum, ut in Hercule
Ferrariensi ostensum est. 3. 28. 8.

Qui credit in me, opera, quæ ego
facio, & ipse faciet, & maiora horù
faciet. Omnia quidem miracula esse
supra naturam, sed alia alijs maiora,
Adeò honorauit Sanctos suos Christus,
ut eos plura & maiora permiserit facere
miracula, quam ipse fecerit, multi enim
v. g. plures excitarunt mortuos, quam
ipse. Quot Christus excitauit mortuos?
1. 38. 4.

hh

In

IN Inventione S. Crucis. Io. 3.
 Erat homo ex Pharisais Nicodemus nomine. Hic Pharisæus pro Christo, alter contra Christum fuit. 3. 46. 3.
 Quæ Pharisæorum vestes à Christo perstrictæ? 3. 19. 2.

Princeps Iudaorum. Hic venit ad IESUM nocte. Non solum noctem, sed etiam alia, quæ naturæ mala censentur, bonis in bonum provenire. 2. 2. 2. Stultitia eorum, qui noctu peccant, & putant se à Deo non videri; impudentia eorum, qui peccant, sole vidente. relictus Nicodemus nocte ad Deum venit. 4. 59. 3.

Scimus, quia à Deo venisti Magister. An fas sit, vel nefas vocari magistrum? 3. 19. 2.

Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Mirabilis Contus S. Columba, pauperi alendo datus, qui potest cum Cruce Christi comparari. 1. 26. 10. Per reliquias S. Crucis Maria Victoria in partu, & aliter laborantibus succurrit. 4. 35. 5.

Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum DEI. Baptismi Sacramentum quàm sit necessarium? 1. 4. 7.

Quo modo potest homo nasci, cum sit senex? Quidam senes & obstinati instar monstri à Baptismo abhorrent. 2. 57. 7.

Numquid potest in ventrem matris sue iterato introire, & renasci? De eo qui natus in ventre matris sponte rediit. 4. 1. 1.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum DEI. De Baptismo Turcæ. 1. 41. 15. de aqua Baptismi. 1. 6. 8. Iudicia Dei per aquas hominibus ostensa. 2. 8. 8. seqq. De mirabilibus, quæ per aquam facta, vel in aquis visa sunt. 2. 47. 7.

Quod natum est ex carne, caro est. Hoc est, fragile & crucibus subjectum, quæ tam extra, quàm intra matrimonium reperiuntur. 2. 30. 13. De eo, qui etiam cù veste carnea natus est. 2. 54. 2.

Quod natum est ex Spiritu, spiritus est. Spiritum facere, vt maximi peccatores etiam ipsis tormentis martyrum non terreantur, sed conuertantur. 1. 42. 6. seqq. Regis Cassani filius, per Baptismum spiritualiter renatus, etiam in carne curatus. 2. 57. 3. seqq.

Spiritus, ubi vult, spirat, De ijs, qui alijs, & sibi ex amore bono mortem desiderarunt. 1. 38. 1. seqq.

Et vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quò vadat. Quod multis contingit, qui non intelligunt, monstra esse diuinæ iustitiæ monumenta. 2. 53. 1.

Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Ignorantia quanta sit hominis? 1. 3. 6. seqq. Ignorantia Fortunam induxit, & Deam fecit. 1. 14. 4.

Nemo ascendit in calum, nisi qui descendit de calo, filius hominis, qui est in calo. Christus per crucem, velut scalas, ascendit, quæ crux & sceptrum est serpente circumplicatum, quæ symbolum sanantis medici fuit. 4. 37. 3.

Sicut

Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis. De Thermuti aspidē iudiciorum causā, cum Christo in cruce comparata, 1. 1. 1. seqq. S. Hilarion quid per signum crucis cōtra exundantes aquas potuerit? 2. 7. 10. A serpentibus ignitis puniti homines, 2. 15. 6. à serpentibus illæsi, 2. 14. 14. seq.

Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam eternam. Christum crucifixum, tamquam serpentem æneum, ante oculos, in morbo ponendum esse, vt patientiam & vitam habeamus, 4. 29. 4. seqq.

IN Festo S. Ioannis Baptistæ. Luc. 1. *Elisabeth impletum est tempus pariendi.* Matrimonia prolis causa contrahi, 2. 37. 1. De nefanda prolis destructione, 2. 37. 13. De varijs matrimoniorum fructibus, 2. 45. 1. seqq.

Et peperit filium. Magna quidem lætitia in partu D. Ioannis extitit, sed maior gloria in obitu eius, quando adultera etiam ad martyriū promouit, 2. 35. 4. quod etiam Geilana adultera S. Kiliano fecit, & focij eius, 2. 35. 5.

Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa. Cur etiam iustos conjuges Deus steriles esse finat? & eorum consolatio, 2. 37. 4. seqq. Qui Sancti à sterilibus inuocati fuerint salutare? 2. 37. 8. seqq. & 2. 38. 10. seq.

Et congratulabantur ei. Aliter Herodiadis filia saltatrix gratulata est, in natali, Herodi, 2. 53. 13. Tibicinis & aliorum obscœna leuitas fulmine pu-

nita, 2. 3. 12. Malè saltantes male puniti, 2. 54. 5. seqq. Impurus & saltator Sacerdos fulmine castratus, 2. 3. 13. An sit congratulandum, quando alicui filius nascitur, cum tamen multa mala bono prolis opponantur? 2. 37. 2. seqq.

Et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. De nomine & insignibus ferui à matribus impressis, 2. 51. 11.

Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Cui cognomen: *Baptista.* Vnde de varietate, modis, & vi baptismi potest tractari, 1. 13. 1. seqq. In Ioanne Baptista maxima paupertatis experimēta, 3. 13. 3.

Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Sine dubio ipsa Elisabeth iussit etiam super hac re interrogari Zachariam, vt sua sententia etiam hinc defenderetur; quia vxori pro tutela debet esse maritus, 2. 37. 17.

Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Interrogantes, post matris responsum, etiam patrem Zachariam, indicant maiorem esse patris, quàm matris in filium potestatem, 2. 27. 1. Innuisse Zachariæ Elisabetham, credibile est; vnde patet, quis conjugibus honor debeat? 3. 26. 1.

Et postulans pugillarem, scripsit, &c. Consensit vxori Zacharias, quia concordia, coniugij vinculum & fructus est, 2. 45. 4.

Ioannes est nomen eius. De libertate S. Ioannis, Herodem regem, ob adulterium, castigantis: cum tanta matrimonij violatoribus mala à Deo impendeant? 2. 27. 5. seqq. & si vel vxorum pluralitas illicita est, quantò magis maritorum? 2. 29. 2. Ioannis Baptistæ caput

put capite luit puella saltatrix. 3. 51. 6.

Mirati sunt vniuersi. Multa admiratione digna in Ioanne fuerunt, inter quæ est, quòd etiam bella non reprehenderit, sed tacitè laudàrit. 3. 56. 8. Cùm canis, cranio in senis sinum deposito, homicidâ accusârit, mirari magis debemus, quòd caput Ioannis in discû impositum, & ipsam saltatriculam & matrem, & Herodem accusârit. 4. 52. 3.

Apertum est autem illico os eius, & lingua eius. De eo, qui linguæ vsu fuit prinatus, sed prophetiæ dono ornatus. 2. 62. 16.

Et loquebatur benedicens Deum. Benedicens Deum eitam filium alioqui sterilis, impetrauit, quia oratio est sterilitatis remedium. 2. 37. 8. An rectè, & quinam Sancti in sterilitate inuocentur? 2. 37. 9. seqq.

Et factus est timor super omnes vicinos eorum. Quàm utilis & necessarius sit mortalibus timor? 2. 1. 3. seqq. Festum S. Ioannis Baptistæ plouia sanguinea præcedens timorè fecit. 1. 42. 4.

Quis putas, puer iste erit? Nempe is, qui Herodi liberè audebit dicere: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Quantum emolumentum esset, si qui possunt, Principibus auderent veritatem ingerere? 1. 21. 14. eius rei exemplum in Amphilochio. 1. 21. 10.

Etenim manus Domini erat cum illo. De capite S. Ioan. Baptistæ in ferale conuiuium illato, & capite impiæ saltatricis itidem ablato. 2. 53. 13. & de capite piscis, in caput Symmachi mutato.

2. 53. 12. Manus mirabiliter è ligno enata. 2. 54. 4.

Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto. Qui tamquam verus Deus loquitur in Prophetis. 1. 11. 7. & habet æmulos homines monstrosè prælagos. 2. 52. 14.

Benedictus Dominus Deus Israël. Locutû esse Zachariam de redemptione Christi, quasi iam facta esset, quia etiam futurum beneficiû est valde æstimandum. 1. 11. 4. De vana vaticinatione calendariorum. 1. 27. 6.

IN Festo SS. Petri & Pauli. Matth. 16. *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* Christus de se, siue mala, siue bona dicerentur, audire volens, exemplo suo docuit honorum fugam. 3. 39. 4. Què imitatus est Paulus honorum fuga clarus. 3. 39. 5.

Alij, Ioannem Baptistam: Alij Eliam: Alij verò Hieremiam, aut unum ex Prophetis. Hi omnes, ob istorum Sanctorum virtutes benè de Christo senserunt, ita & S. Paulus docuit, nos nobis nostra peccata, aliorum autem virtutes ante oculos ponere debere. 3. 40. 15.

Vos autem quem me esse dicitis? Illum scilicet, cui suam castitatem Apostoli consecrarunt, quorum plerique non fuerunt conjugati, vt & Paulus. 2. 46. 16.

Tu es Christus Filius DEI viui. Apostoli non tantûm Christum crediderunt esse Filium DEI viui, sed etiam vt id alij crederent. D. Petrus claudum sanauit. 4. 39. 2. item Æneam paralyticum,

cum. 4. 39. 3. item Tabitham. 4. 39. 4. Ad eundem finem claudum sanauit Paulus. 4. 39. 5. quam vim Paulus non sibi, sed Christo ascripsit. 4. 39. 6. Quid sint sudaria & semicinctia S. Pauli, per quæ tot sanati. 4. 39. 7.

Beatus es Simon Bar-Iona. Beatus erat Petrus non solum, quia illi reuelatum est, Christum pauperem esse Filium Dei, sed etiam, quia ipse pauper, sicut omnes Apostoli. 3. 14. 6. seqq. Quam clarè reliquiarum & sacrarum imaginum cultus doceatur per umbram S. Petri. 4. 39. 8.

Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in celis est. Quidam similes illi, qui cum veste carnea natus, reuelationum non sunt capaces. 2. 54. 2. Discrimen inter Petrum & Iudam. 4. 56. 9.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus. Christi scientia vel è nominibus, quæ rebus indidit, agnoscenda, sicut olim Adami, de quo. 2. 12. 2.

Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Res iuxta earum naturas, in mundo requirendas, sicut & Petrus loco petrae fuit. 2. 32. 1. De varijs petris, intra quas animalia viua reperta sunt. 2. 47. 16. Petra vel arena, hoc est, bono vel malo fundamento nixos homines à tentationibus superari, vel non superari. 4. 45. 1.

Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. 5. Stanislai, Fridolini, Bennonis, & aliorum vis contra Ecclesiam impugnatores. 1. 37. 5. seqq. Calumniatores non præualere ijs, qui super petram veritatis & innocentiae sunt ædificati. 3. 49. 1. seqq. Bella Ecclesiam

impugnantia esse quidem inferni simulachra. 3. 57. 6. sed per ea fieri fortes. 3. 57. 9.

Et tibi dabo clauis regni caelorum. De clauibus prodigiosè receptis à S. Maurilio. 1. 34. 14. S. Petrus Bardam & Michaellem Imp. grauitè punit, ob iniurias in Ecclesiam. 4. 51. 8.

Et quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in celis. De vinculo & insolubilitate matrimonij. 2. 41. 1. seqq. An rectè S. Paulus percussus, vicissim quasi ligarit, dum percussori percussorem est imprecatus. 3. 42. 6. & 3. 51. 7.

Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis. De varijs modis & causis, quibus matrimonia quoque soluntur. 2. 43. 1. seqq. vsque adeò omnia peccata posse solui, ve desperare veniam, sit maius peccatum omnibus alijs peccatis. 4. 58. 4.

Infesto Visitationis B. Virginis. **Luc. 1. Exurgens Maria abiit in montana.** B. Mariae, pedibus iter facientis, paupertas quanta. 3. 14. 5.

Cum festinatione. Festinauit B. V. quia puellis non est morandum in via, exemplo puellae vagantis, misere per Italum seductae. 3. 63. 3. seqq. Prægnantibus succurrere, quanti in meriti. 4. 35. 2. seqq.

Intrauit in domum Zachariae. Quam sancta fuerit domus, in qua tam sancti coniuges habitauerunt, & quam B. Virgo adiit, sicut alius templum eius omine bono. 1. 25. 11. Quædam olim domus in pœnam destructa, vel mutata, at domus Zachariae ob tam sanctos incolas

incolas merito seruanda & ornanda fuit, sicut & domus Lauretana. 3. 6. 4.

Et salutauit Elisabeth. De castis & constantibus heroicisque feminis in fide maritali. 2. 32. 11. seqq. Hæc Elisabeth prægnans salutata fuit, alia Elisabeth leprosos salutauit & lauit. 4. 35. 4.

Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius. De infante, qui fuit B. Virginis utiliter præsentatus, sicut hic Ioannes. 2. 13. 11. Alia Deiparæ, alia coruorum & pittacorum saluatio. 2. 14. 11.

Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth. Elisabeth aspecta DEI Matre, tamquam terrâ benedicta, in DEVM ascendit, sicut aspecta terra Theodorus, de quo. 2. 11. 11.

Benedicta tu inter mulieres. Adeo benedicta, vt etiam suis cultoribus pecuniam mittat. 1. 13. 6. seq. Dei Matri non benedicentes, sed malè dicentes truncantur, vel à dæmonibus plectuntur. 4. 24. 12.

Et benedictus fructus ventris tui. B. Virginis fertilitas cum terræ fertilitate conferenda, de qua. 2. 11. 13.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Cùm B. Virgo Elisabetham visitans honorarit, & hæc his verbis B. Virginem vicissim, quæri potest, quibus modis possit sibi, qui in aliqua re superior est, inferiorem pro superiore habere? 3. 40. 16.

Vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Ioannes vt gigas exultans, cum varijs gigantibus comparandus. 2. 50. 8. seqq.

Beata, qua credidisti: quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à

Domino. Exemplo B. Virginis fidem erga Christum exercendam. 1. 12. 6.

Magnificat anima mea Dominum, Deum ante omnia magnificandū. 3. 27. 4.

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Elisabeth Mariam vbi vt Dei matrem agnouit & prædicauit, quali veteri more, lætitiæ & exultationi eius faciem prætulit. 2. 3. 2.

Deposuit Potentes de sede. DEI potentia contra Potentes sæpe ostensa. 2. 50. 16. seqq.

In Festo S. Mariæ Magdalena.

Luc. 7. Rogabat IESUM quidam de Phariseis, vt māducaret cum illo.

Rogandos esse pauperes ad mensam, quia in illis Christus excipitur. 3. 34. 2.

Et ingressus domum Pharisei discubuit. Opiparum & ferale Comitatus curusdam conuiuium, in quo introducta est, quæ (sicut hic Magdalena) putabatur peccatrix, & nō erat peccatrix. 3. 34. 3.

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Cur Deus sæpe differat punire peccatores? 1. 41. 2. Malarum mulierum & peccatricum quanta sit multitudo? 2. 22. 2. seqq. Luxuriantes in bestias mutari, 2. 61. 6. De monstroso superbarum feminarum sumptu & furo 2. 61. 8. seq. Meretricum fructum esse Veneream luem. 4. 22. 5.

Vt cognouit, quod IESVS accubisset in domo Pharisei. Impuras difficilius quidem pœnitentiam agere, posse

posse tamen agere, non solum Magdalenz huius, sed etiam aliarum exemplis docetur. 2. 35. 9.

Attulit alabastrum unguenti.

Unguenta sunt ægrotis vtilia, & ægrotorum signa, si ponē lectum illorum videantur. At B. Adalbertus pœnitenti meretrici morbum ipsum pro unguento, in purgatorij vicem, impetrauit. 4. 27. 8.

Et stans retro secus pedes eius.

Confusio in pœnam, & confusio in medicinam. 3. 30. 6. seqq. Tentatio pœnitentis circa confessionem & satisfactionem. 4. 59. 1.

Lachrymis caput rigare pedes eius.

Animæ balneum lachrymæ pœnitentis. 1. 43. 1. Vis lachrymarum. 1. 43. 3.

Et capillis capitis sui tergebat. Ob capillorum superbiam homines decalvari. 2. 53. 3. item pilorū colores monstrorē mutari. 2. 53. 4. Quam rara & parua pœnitentiæ nuncā peccatoribus peragantur. 4. 59. 5.

Et osculabatur pedes eius; & unguento ungebat. Peccata Magdalenz occasio fuerunt pœnitentiæ, quia si vitia non essent, multæ virtutes non essent. 3. 68. 7.

Hic si esset Propheta, sciret utique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum. De cognitione Dei, quæ ratione obiecti claritatis, medij, celeritatis, certitudinis, &c. incomparabiliter omnem humanam cognitionem excedit. 1. 3. 5. seqq. Non sine causa paucis à Deo revelari internum hominis statū. 3. 32. 5. Malè iudicati qui bene sunt cum meretricibus versati. 3. 46. 5. seqq. Non

solum factum, sed etiam conuersationē mulierum, præsertim alienigenarum multum nocere. 3. 60. 3.

Quia peccatrix est. Malè iudicant, quia peccatrix erat, tunc tamen pœnitens fuit. 1. 28. 9. & 3. 34. 4. seqq. Nulla re Deum magis offendi, quàm si de misericordia eius desperetur. 1. 6. 6. seqq. Etiam de malis bene sperandum. 1. 43. 4. A mundo excecatos non iudicare secundum veritatem. 2. 2. 4.

Quis eum plus dilexit? Ex clementia Dei, bonitatem illius agnosci, & nostram excitari. 1. 41. 3. Theodoræ conuersio & pœnitentia. 4. 59. 4. seqq.

Is, cui plus donauit. Liberalitas liberalitate compensatur. 3. 43. 5.

Rectè iudicasti. Iudices iniustos alium iudicem metuere debere. 1. 39. 1. seqq.

Vides hanc mulierem? Christus Magdalenz, contra Pharisaum, patronus. 1. 41. 6. Mulieris fortis inueniendæ difficultas. 2. 22. 4. Nullum esse tam profundum peccatorem, qui veniam à Deo non possit consequi. 4. 58. 2. seqq.

Aquam pedibus meis non dedisti. Collatio operum, quæ faciunt pœnitentes, cum operibus quæ faciunt Pharisei, pœnitentis lachrymæ sunt sanguis cordis, balneum animæ Phariseo, rum lachrymæ sunt lachrymæ crocodili. 43. 1.

Remittantur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Magnorum peccatorum conuersione perpensa ingredi & alios peccatores in spem veniæ. 1. 41. 10. Misericordiam diuinā à peccatoribus spectandam, ut in spem erigantur. 2. 35. 11.

Quis

Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Qui solam peccatorum malitiam intuetur, facile iudicat, ea non posse dimitti, sed etiam misericordiam & potentiam Dei ante oculos esse ponendam. 2. 35. 10. Per peccatum data est occasio noscendæ divinæ misericordiae. 3. 58. 3. item divinæ providentiæ. 3. 58. 4.

Fides tua te salvam fecit: vade in pace. Quantum possit, apud divinam misericordiam, vera contritio. 1. 43. 7. Exempla mira contritionis. 1. 43. 5. seq. Fides in muliere, non pecunia spectanda est. 2. 26. 6. Sponsa pecuniarum, quam fidei amantior, à diabolo abrepta. 2. 26. 9. Esse etiam fidem erga coniuges, quæ salva saluos, læsa damnatos facit; & quam id sæpe, quam magnis fraudibus, cædibus, &c. fiat? 2. 31. 1. seqq.

IN Festo S. Iacobi Apostoli. *Matth. 10. Accessit ad IESUM mater filiorum Zebedæi cum filijs suis.* Filij Boanerges, habent nomē à Fulmine, à quo magna in Deum gloria redundat. 2. 3. 2. Fulmina, seu alia tela in auctores retorta. 3. 52. 1. De bono prolis, quod est in matrimonio. 2. 23. 3. Fructus in filios à matribus redundans. 2. 45. 13.

Adorans, & petens aliquid ab eo. Inter alios à Deo petendi modos esse fortes, per quas primus Aragonum rex Iacobus est appellatus. 1. 34. 9. Adoravit & humiliavit se mater ista, ut filij exaltarentur; sicut multi, ob honorem magna etiam bona faciunt, sed malè, si propter solum honorem. 3. 20. 4.

Quid vis? De matre pro filio suo mirabiliter sollicita. 2. 20. 8. Hinc à matre filiorum Zebedæi pro filijs suis orante, & Christo interrogante: *Quid vis?* discimus orationes Sanctorum non esse inefficaces; adeoque Sanctos invocandos esse, idque malè à nonnullis negari. 3. 27. 11. seq.

Dic, ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Regnum Christi Mundo multis de causis anteponendum, ac præcipuè ob stabilitatem. 2. 20. 3. seqq. Parentum consilia aliquando liberis vtilia, aliquando noxia esse. 2. 41. 4. & 2. 42. 5. De matribus, quæ filios à cælo retrahunt, vel Deo offerunt. 2. 45. 14. seqq. Regna per feminas acquisita. 2. 45. 20. Gloriam humanam nequaquam, ut finem operum nostrorum esse spectandam. 3. 19. 8. Gloriam quatuor modis appeti, sed non omnibus bene. 3. 19. 7. De ambitionis & ambitiosorum contemptu. 3. 39. 3. Quantam parentibus curam injiciant filij, ostenditur ex lucta parentis, filium, ob famem, venditurum. 4. 10. 10. seqq.

Nescitis, quid petatis. Filij DEI, qui volunt assidere Christo, multa petenda esse. 1. 31. 1. seqq. Nescire eos, quid perant, qui opes appetunt. 3. 4. 10. Mentis humanas appetitu cæcari. 3. 4. 2. An, & quomodo vel fas, vel vanum sit, Honorem & gloriam appetere? 3. 19. 1. seqq. Honorem sine alio fine appetere, esse vanum. 3. 19. 10. Exemplo Christi, matrem hanc reprehendentis, reprehensiones prudentes ac mansuetas esse debere. 3. 35. 7. Petens id, quod saluti magis prodesset, iterum morbum impetrat. 4. 28. 8. Pote.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Christianis à Saraceno Christi exemplum propositum, cuius calice considerato omne nobis absinthium dulcescit. 1. 31. 13. Aliquos tum ob utilitatem, tum ob peccata parentum utiliter tentari. 4. 57. 5.

Possimus. Futuram in calo felicitatem presenti longè anteponendam, 1. 32. 1. Humilitatis & magnanimitatis, tamquam eiusdem virtutis esse, honoris appetentiam frangere. 3. 19. 4. Quæ sit magnanimi indoles circa honorem? 3. 19. 5.

Calicem quidem meum bibetis. De ijs, qui calicem tribulationis libenter hiberunt. 1. 30. 3. seqq. An & quomodo possimus nos, imitatione Dei, gloriam expetere? 3. 21. 3. Cur Episcopatus licetè appeti possit? 3. 22. 2. Laborem, & crucem, seu calicem Domini, non honorem in Episcopatu esse appetendum. 3. 22. 3. seqq.

Sedere ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis. Eas cruces, nobis utilissimas esse, non quas nos ipsi eligimus, sed quæ nobis à Deo imponuntur. 1. 33. 8.

Sed quibus paratum est à patre meo. Etiam à consanguineis desertos, non deserit. 1. 13. 3. De gratiæ prædestinationis mysterio. 4. 63. 6. seqq.

IN Festo S. Laurentij. Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* S. Laurentium non in terram, sed in ignem lapsum & tostum, qui ignis siue nocuerit, siue pepercerit Dei amicis, semper eos illustravit. 2. 3. 7.

seqq. Ignis innocentibus idem qui auro, nocentibus idem, qui stipula, quam comburit. 2. 3. 11. Ignem innocentibus parcere. 2. 3. 15. De ignibus clades vaticinantibus, inter quos est & is ignis, quo occisi Sancti vindictam experunt. 2. 52. 5. seq. Christum ipsum multis antè modis humiliatum, quàm exaltatum fuisse. 3. 36. 2. Eodem etiam modo in alijs hominibus humiliationem ante exaltationem præcedere. 3. 36. 3.

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Hinc vel feminæ viros animarunt ad mortem cõtemnendam, & fidem vel sanguine defendendam. 2. 45. 10. seqq. & matres filios ad martyria obeunda. 2. 45. 17. Per ignem mortuus Laurentius, sed vt Phœnix reuixit, quod est instar môstri De igni autem monstris. 2. 47. 5. de pyræali & Salamandra, an in igne viuant? 2. 48. 1. De Phœnice. 2. 48. 2. seqq.

Qui amat animam suam, perdet eam. De amore patiendi. 1. 31. 5. seqq. Aliter Laurétius, aliter Cræsus amavit animam suam, & aliter vterque per ignem perdidit. 3. 17. 10. seqq. Sanctos non sentire, si cadavera eorum malè tractentur. quæ ipsi viua mortificarunt, immò tormentis tyrannorum objecerunt. 4. 67. 8. Sanctos quosdam spontè abjectum & vile sepulchrum optauisse, sed tantò nobilius acquisuisse. 4. 67. 9.

Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Generosâ patientiâ ignem non solum cum D. Laurentio, sed etiam cū tribus pueris superandum. 1. 30. 11. De ignium prodigijs & monstris. 2. 47. 5. Igne consumpti, qui tres pueros igni perdere

perdere voluerunt. Calumniator in calcariam mittitur, in quam alium mittere cogitabat. Item ignem vel imprecantes igne puniti. 3. 52. 4. seqq.

Si quis mihi ministrat, me sequatur. Aduerſus preſſos, Chriſti exemplis roborari. 1. 31. 12. Chriſtum ſecutus Laurentius in ſummis doloribus patienter jacens, quod Stoicus quidam, ob vanam laudem, in ſummis morbi tormentis facere conatus eſt. 4. 33. 11.

Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Noſtra mala cum D. Laurentij aliorumque martyrum, immo ipſius Chriſti cruciatibus comparata, vix umbram eſſe malorum. 1. 31. 10. ſeq. Chriſtus in doloribus fuit. Chriſti & Iobi in doloribus imitatores martyres fieri. 4. 33. 8.

Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus. Per aduerſa viam eſſe ad victoriam & coronam. 1. 31. 14. Ad omne cum fortuna certamen, à cæleſti nos gloria excitari. 1. 31. 15. Spei cauſſam, & velut cæli ſtem Artham eſſe, aduerſis rerum vndis aduerſabilem fieri. 1. 31. 16. Quatuordecim claſſe eorum, quibus honorem debemus exhibere. 3. 25. 1. Malè initio quosdam diuos ſepultos eſſe, vt alijs præberetur occaſio eos honoratiùs ſepeliendi. 4. 67. 11.

IN Feſto Aſſumptionis B. Virginis. Luc. 10. *Intrauit IESVS in quoddam caſtellum.* Quod etiam factum eſt, quando de cælo deſcendit in vterum Virginis Matris ſuz. per Incarnationem, de qua vide in Feſto Annun-
tiationis ſuprà.

Et mulier quedam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Ex veteri & nouo Teſtamento exempla feminarum, Eliſeum & Chriſtum, & Apoſtolos excipientium, aut curantium. 3. 13. 13. Chriſtum in ſpecie pauperum quidam excipit. 4. 35. 7.

Et huic erat ſoror nomine Maria. De hac Maria vide ſuprà in Feſto S. Mariæ Magdalenz; cuius tamen ſtatui contemplationis Maria Mater IESV Chriſto in cælo proximè aſſidens poteſt comparari.

Qua etiam ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. Dei quoque Mater ſecus pedes Domini ſæpe ſedens conſeruabat, & conferebat omnia verba eius in corde, mente identidem ad Deum ambulans. Vnde dicitur:

Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis? Cant. 7. 1. Vide de calceo Rhodopes, ob cuius elegantiam in regis matrimonium aſſumpta eſt. 2. 25. 7.

Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium. Multos cum Martha in temporalibus laborantes meliora negligere, aut cum Apoſtolis, ſine Chriſto, tota nocte laborantes nihil capere. 1. 13. 4. Laborem homini neceſſarium eſſe. 2. 17. 2. Laborem Iudæorum inanem fuiſſe. 2. 18. 13. Alium laborem eſſe alijs mulieribus, ſicut aliud eſt virorum, & aliud feminarum. 2. 24. 5.

Domine, non eſt tibi cura, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Detrahentibus de honore B. Virginis, membra detrahantur. 4. 52. 7.

Die

Dic ergo illi, ut me adjuuet. Lef-
ficus in fummis morbis quo modo vo-
luerit à B. V. Deipara adjuuari? 4. 29. 4.

*Martha, Martha, sollicita es, &
turbaris erga plurima.* Reprehensores
sapientibus charos, insipientibus exo-
sos esse, vt docet Martha Christum re-
prehendentem amans. 3. 35. 3.

Vnum est necessarium. Necessariū
est, vt cum B. Virgine parati simus ad
mortem, quæ pauperibus & Sanctis est
pretiosa, pessima diuitibus, satagenti-
bus circa varia ministeria. 3. 9. 1. seqq.

*Maria optimam partem elegit, quæ
non auferetur ab ea.* De æternitate
Beatitudinis. 2. 20. 8. seqq. Mariam qui-
dem optimam partem elegisse, si audi-
tio verbi diuini cum hospitalitate, non
autem, si cum virginitate Marthæ com-
paretur. 2. 21. 7. seqq. Cæsareæ reginæ
merita cum meritis B. Virginis compa-
randa. 2. 45. 6. Innocentis reprehensi,
& à Deo defensi in religioso, sicut in
Magdalena, exemplum. 3. 35. 5.

IN Festo S. Bartholomæi. Luc.

6. Exijt IESVS in montem orare.
Exire Iesum, & auxilium diuinum ab
ijs, à quibus exit Religio, cui succedunt
bella. 3. 60. 2. seqq.

Et erat pernoctans in oratione Dei.
Perseuerandum in oratione, ob quod
Deus homines non statim liberat, vt o-
rationem efficiat ardentiorum. 1. 30. 10.

*Et cum dies factus esset, vocauit
discipulos suos.* Inter hos & Bartholo-
mæus erat, quem per crucē & ignomi-
niam ad gloriam duxit Deus, sicut &
alios, in exemplo iuuenis. 3. 36. 6.

Et elegit duodecim ex ipsis. Sicut

Iacob duodecim Patriarchas, leoni, lu-
po rapaci, colubro &c. comparauit; ita
Christus elegit duodecim, velut leones,
lupos, serpentes, &c. cicuratos, de qui-
bus animalibus cicuratis. 2. 14. 2. seqq.
Duodecim homicidiorū reus duode-
cies punitus. 3. 54. 7.

Quos & Apostolos nominauit.
Apostoli, velut gigantes ad currendam
viam exultantes, cum gigantibus com-
parandi, in quibus, vt in omnibus alijs
magnis rebus, Dei gloria magis eluce-
scit. 2. 50. 11. seqq.

*Simonem, quem cognominauit
Petrum, &c.* Apostolos à sterilibus
vtiliter inuocari. 2. 37. 10. Christus etiā
sal terræ Apostolos cognominauit: sed
non qualis salis statua facta est vxor
Lot. 2. 55. 6. seqq.

*Et descendens cum illis stetit in
loco campestri.* Christus semper fuit
sua ope cum Apostolis miracula pa-
trantibus, per quæ, quid Bartholomæus
effecerit? 4. 39. 11.

*Et turba discipulorum eius, &
multitudo copiosa plebis.* Etiā septua-
ginta duos Christi discipulos vim sani-
tatum habuisse. 4. 39. 12. Inter magnam
turbam potest S. Bartholomæo opponi
Bartholomæus Entius à cadauere ac-
cusatus. 4. 52. 2.

*Qui venerant, vt audirent eum,
& sanarentur à languoribus suis.*
Aliquos Sanctos alijs sanitatem à DEO
impetrasse, qua ipsi caruerunt. 2. 62. 15.
Sanitatē idcirco esse valde optabilem,
quia morbus vniversam corporis har-
moniam tollit, & est carceri similis. 4.
12. 1. seqq. Qui Sancti moluerint sanari
à mor-

à morbis suis? 4. 31. 1. seqq. Ad Sanctos potius, quàm ad impios in morbis recurrendum. 4. 42. 6.

Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Curata, quæ spiritu immundo vexata vexabat innocentem. 3. 36. 8. seqq. Quàm grauius & multipliciter Iobum vexauerit Spiritus immundus? 4. 33. 2. seqq.

Et omnis turba quærebat eum tangere. Non esse in morbis, vel alijs defectibus causam querelarum, sed occasionem diuinæ prouidentix & bonitatis laudandæ. 2. 63. 17. De turba omni dictum est, quòd, sanitatis causa, eum quæserit tangere, nam fuere cõplures Sancti, qui nolebant sanari. & cur? 4. 38. 2. seqq.

Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. De licitis & illicitis sterilitatis remedijs. 2. 37. 12 Hiltegardis medica, de qua virtus exibat. 3. 49. 9. Quàm varijs omnia mēbra morbis infestentur, vnde sanari homines cupiunt? 4. 12. 3. seqq. Quanta virtus è Diuorum reliquijs exeat? 4. 42. 9.

IN Iusto Natiuitatis B. Virginis. Matth. 1. *Liber Generationis*

IESV Christi. Quàm vtiliter legantur libri, qui de Sanctis scripserunt? 1. 34. 5. seqq.

Abraham genuit Isaac. B. Virgo non tantum è diuitibus orta est, sed etiam suos cultores diuites facit. 1. 13. 6. seq. & ib. §. 11. & 1. 35. 5. & 1. 35. 10. Liberum hunc multum posse, cum etiam S. Sabini epistola Pado flumini scripta tam fuerit potens. 2. 7. 11. De Ducibus & Regibus, eorumq; genealogia, qui neglecta religione mirabiliter fuerunt

vexati; & religione reuocata, etiam Deum ad se reuocauerunt. 3. 61. 2. seqq.

Abraham genuit Isaac. Quantam curam habuerit Deus circa coniugium Abraham & Saræ conseruandum, è quibus Isaac natus? 2. 27. 3. seqq. De varijs vel conceptæ, vel natæ prolis incommodis. 2. 38. 1.

Ex ea, qua fuit Fria. De regibus amore mulierum perditis. 2. 43. 7.

Virum Maria. Quæ non solum ipsa mater fuit, sed & alijs potest impetrare, vt sint matres. 2. 37. 9. Quale votum Mariæ fecerit ager Lessius? 4. 29. 4.

De qua natus est IESVS, qui vocatur

Christus. Deiparæ virginitas à simplici fratre defensa. 1. 21. 6. Beata Virgo comparanda cum terra bona, de qua Christus. 2. 11. 1. seqq. & 2. 12. 1. seqq. Christus vnctus docet Confessarios cum pœnitentibus paternè agere, & vngere, non pungere pœnitentium vulnera. 1. 43. 9. Primus homo, qui in gloria sit creatus, quem Christus in maiorem reduxit? 3. 2. 7. Cum iam felicem partum habuerit Beata Virgo, è quo partu tantus fructus in vniuersos homines redundauit, posse etiam ex alijs partibus fructum bonum sperari, vnde etiam ex hoc capite rectè agitur De abortibus non procurandis. 2. 38. 1. seqq. Beata Virgo feliciter peperit: cum, violato virginittatis voto, alia mulier multiplex abortu sit punita. 2. 38. 9. De matribus, quæ aspectu variarum rerum partum suum afficiunt. 2. 51. 9. Quo pacto fœtum impediunt, vel ante tempus expellant venefici? 4. 19. 4. Quo modo iidem partum impediunt, vel iam natis moceant? 4. 19. 5.

IN Feflo S. Matthæi. Matth. 9.

Vidit IESVS hominem sedentem in telonio. Quomodo fedeant, & seipfos crucient auari? 3. 5. 12. Auares ijs miferiores esse, qui ad metalla damnantur. 3. 8. 2.

Mattheum nomine. Huius nomen antè infame, cum in telonio sederet, postea celebre cum Euangelista esset, quia plurimos Deus per infamiam & quidem etiam sanctissimos, ad gloriam ducit. 3. 37. 5.

Sequere me. Mirabiles Dei vocationes, velut casu accidentes. 1. 25. 8. seqq. Filios Deo vocanti potius, quam parentibus reuocantibus parere debere. 3. 29. 3. seq.

Et surgens, securus est curia. Christi testimonio & Matthæi exemplo difficile esse diuitibus saluari. 3. 8. 1. seqq. Parabola de auri cupiditate sapientiam destruente. 3. 6. 1.

Multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum IESU, & discipulis eius. Cur bona fama, non sit ritupublicanorum, negligenda? 3. 10. 2. Cur ex parte Dei, indigni sinantur honores capessere; & discumbere cum principibus? 3. 29. 8.

Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Cur Christus reprehenderit Phariseos, ob phylacteria dilatata, & fimbrias magnificatas? 3. 19. 2. Conuersatio cum peccatoribus in calumniam tracta, à Deo defensa. 3. 36. 9. seq. In domos malorum bene qui ingressi. 3. 46. 5. seqq. Ad malos bono fine intrari

posse, & qua cautio adhibenda? 3. 46. 8. seqq.

Non est opus valentibus medicis, sed malè habentibus. Honorati Publicani præsentia Christi sanati sunt, quia honor est cos fortitudinis. 3. 24. 5. De Medicorum vtilitate & honore ac salarijs. 3. 26. 5.

Misericordiam volo, & non sacrificium. Etiam in hostem immitis ad Deum iudicem in jus vocatus, cogitur venire. 1. 39. 4. Sanctus alioqui, sed in pauperes immisericors, diuina prouidentia, tamquam latro damnatur. 3. 38. 8.

Non veni vocare justos, sed peccatores. Non præueniri gratiam Dei à bonis meritis hominis, sed plerumque à multis meritis malis. 4. 58. 2. Peccatores impenitentes vocari ad tribunal Dei. 1. 37. 2. seq. & 1. 39. 1. seqq.

IN Feflo S. Michaëlis. Matth. 18.

Quis putas, maior est in regno caelorum? Agelilaus & alij, cur contempserint, in hac vita honorem? 3. 19. 1. Aliorum etiam Ethnicorum in honoribus deponendis, vel etiam contemnendis generositas. 3. 39. 2.

Aduocans IESVS paruulum stavit eum in medio eorum. Paruuli in oculis suis, Hilarius, Franciscus, alijque quantum & quo jure honorem contempserint? 3. 39. 6. seq.

Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Diaboli superbi, & in oculis suis magni, è regno caelorum eiekti

eiecti sunt, & in varia monstra mutati: hinc aeri, hinc variarum bestiarum forma, & vt dracones apparent. 2. 58. 3. seqq.

Quicumque humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno caelorum. An virtus humiliatis antiq̄uitus fuerit cognita? 3. 19. 3.

Qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. De paruulis apud homines gratiosis. 2. 50. 4. Aegroti moroso seruiens, Angelis comparatur. 4. 36. 1.

Qui autem scandalizauerit unū de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Inter paruulos esse aegrotos, qui impatientia illis seruentium non sunt scandalizandi. 4. 35. 2. praesertim cum & ipsi Angeli aegrotis ministrarent, ab hominibus imitandi. 4. 35. 12.

Ne cesse est, vt veniant scandala. Exemplis coniugum coniuges fieri adulteros, & adulteria merito adulterijs puniri. 2. 33. 6. seqq. Ducum militumq̄ licentia quid exemplo efficiat? 2. 33. 10.

Va homini illi, per quem scandalum venit. Scandalizantes mirabiliter puniti. 2. 33. 11. seq. Exemplis & scandalis coniugum coniuges adulteros fieri. 2. 33. 7.

Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, & projice abs te. Sic abscidit vxorem adulteram Paulus eremita factus, & Gangulphus.

2. 35. 6. seq. Virginitatis seruandae causa spontaneo vulnere virgines de-natae. 2. 57. 12.

Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem aeternum. Longè praestare, vt in hac vita quiduis patiamur potius, quam vt ignibus aeternis cruciemur. 1. 31. 4. seqq. An claudi, vel manci sint ad vitam ingressuri, vel omnia membra habituri? 2. 63. 1. seqq.

Si oculus tuus scandalizat te: erue eum, &c. Luciferum caeli oculū Michaël eruit, & proiecit, Luciferi superbiam imitatus est Alphonfus arrogans. 2. 4. 2. Caecitate, & tenebris homines in multis rebus etiam bonis iuari. 2. 5. 12. Sanctae puellae vt virginitatem seruarent, & non scandalizarent, oculos perdidit. 2. 57. 11.

Videte ne contempnatis unum ex his pusillis. Nullum contempnendum, sed omnes honorandos esse. 3. 27. 13.

Angeli eorum, semper vident faciem patris mei, qui in caelis est. Angelorum ministeria in mundo regendo. 1. 6. 2. item in homine alendo. 1. 9. 7. & in B. V. defendenda, Christo & Petro eripiendis. 2. 12. 1. seqq. in Eucharistia administranda. 1. 15. 9. seqq. Angeli regem per militem admonentis vigilans cura. 2. 4. 3. seqq. Angeli negligentiam non esse, si qui iuuenes moriantur. 4. 46. 2. immo ab Angelo occisum iuuenē pro beneficio. 4. 46. 3. seqq. Rectē Angelos non impedire mortem suorum clientum. 4. 46. 10.

IN Festo SS. Simonis & Iudæ.
Ioan. 15. *Hac mando vobis, ut diligatis inuicem.* Terræ & aquæ confortium mirè artificiosum & vtile, dilectionis symbolum est. 2. 6. 2.

Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Exemplo Christi, & aliorum heroum, varijs casibus actorum, nullum nos casum grauitè accipere debere. 1. 29. 5. seqq. Misericordiam, quas infert Mundus, pariunt mundi contemptum. 4. 2. 5. seqq.

Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret. Sic odio dignos amat, & amandos putat; sicut alia alibi monstruosa, vel non monstruosa videntur. 2. 5. 4. Amat formosos mundus, non formosos Deus, qui formam compensat. 2. 62. 5.

Quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos Mundus. Cùm Deus in omni casu adlit, nullum iustæ indignationi locum esse. 1. 30. 1. Quando bonum sit omnibus velle placere, & à nullo odio haberi? 3. 9. 9.

Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis. Magis curari à DEO, qui DEVM magis curant. 1. 20. 2. Quantum peccati horrorem habuerint homines timorati? 2. 32. 13. Alibi iubet Apostolos esse prudentes sicut serpentes, qui sunt hortorum & hominum custodes. 3. 45. 6. seq. Neminem debere scandalizari, si innocentes persecutionem patienter, multoq; minùs, si eos videant pati. 4. 14. 3. seq.

Non est seruus maior domino suo.

Tulipæ esse pares, qui lata tantùm volunt habere, Domino tristia patiente. 10. 30. 2. Pauperum inani querelæ quomodo fatishat? 3. 2. 1. Triplex tentationem patienter ferentium gradus. 4. 52. 4.

Si me persecuti sunt, & vos persequentur. In persecutione Sanctorum terram contremuisse. 2. 18. 12. In iuriarum patientia & persecutionis. 3. 41. 2. Decem rationes, ob quas nos ipsos vlcisci non debeamus. 3. 41. 4. Persecutionem hostis, seu bellum, esse fame, & peste maius malū. 4. 11. 1. seqq.

Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Obedientia DEO, & Diuis magis, quàm ceteris hominibus honor deferendus. 3. 29. 3.

Hac omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. Apostoli, velut procerus miles, à pumilis crudeliter tractati. 2. 50. 3. Cautiores fieri de periculis præmonitos, & à DEO custodiri periclitantes. 4. 21. 2.

Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Alios corrigi, alios non corrigi reprehensione. 3. 35. 4. seqq.

Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Agnitionem peccati, remedium esse humilitatis. 3. 40. 14. Discrimen periculis se committentium, & stultitia volentium & periculis eripi. 4. 21. 12.

Qui me odit, & patrem meum odit. Oderant Christum vera illis dicentem, & vitia eorum reprehendentem.

tem, quia veritas odium parit, & mundus odit reprehensores, laudatores amat. 3. 35. 8.

Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Quid miraculosorum etiam operum patratores humiles faciat, ut inde peccatum superbiae non habeant? 3. 40. 13.

Odio habuerunt me gratis. Sicut fit ex temeraria suspitione, & iudicio, praesertim inter ipsos etiam coniuges. 3. 34. 4. Beatitudini Sanctorum nihil officere, si ex odio corpora eorum male, vel etiam nusquam sepeliantur. 4. 67. 12.

IN Festo Omnium Sanctorum. Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Conditionem pauperum longe esse meliorem conditione diuitum. 1. 16. 9. seqq. & 1. 17. 1. seqq. Diuites aequum numerum malis, ac nummis carent pauperes. 1. 19. 12. Cum fortunae bonis auferri occasionem peccandi. 1. 31. 8. A Monymo diuitias abijcere discunt, qui feliciter volunt sapere, & ab alijs. 1. 32. 8. seqq. Quo modo pauperes beati possint dici, cum paupertas amicis, rebus necessarijs, ope aliena careat, & sit malae educationis viciorumque causa, & virtutum obex? 3. 1. 4. seqq. In quonam consistat & quotuplex sit paupertas, & tres illius classes. 3. 2. 2. seqq. Qui paupertatem putent esse gloriosam? 3. 2. 9. Classis paupertatem diuitijs praferentium. 3. 2. 8. Cur quidam voluntariam paupertatem eligant? 3. 2. 12. Longe meliorem esse pauperum, quam diuitum conditionem. 3. 3. 2.

seqq. Pauperum regia eminentia & potestas. 3. 10. 1. seqq. Pauperum diuitias esse regnum caelorum spe. & re. 3. 11. 1. Regnum caelorum, quod pauperum esse dicitur, variè accipi. 3. 11. 7. Paupertas est Sponsa à DEO oblata, cuius dos regnum caelorum. 3. 14. 1.

Beati mites, quoniam ipsi possident terram. Diuinam essentiam clarè à Deo visum iri. Terrae à beatis possidendae figura fuit terra benedicta, de qua 2. 16. 3. Vxores malas, patientiam maritorum, corrigi. 2. 30. 8. & 2. 35. 3. Deo esse nostrarum iniuriarum vindictam relinquendam. 3. 41. 3. & 3. 41. 6.

Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. De infelicissima quorundam felicitate, & felicissima infelicitate ac luctu. 1. 26. 6. seqq. Aliquos Sanctos, dum in luctu essent, & ipsi exgrotarent, tamen alijs sanitatem impetraffe. 2. 62. 15. Etiam monstrosè miseros, atque in luctu existentes, beatitudinis & aeternae vitae capaces esse. 2. 63. 1. Quo fine & fructu de vitae huius luctu & miserijs agatur? 4. 1. 2.

Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Esurientes impleri bonis. 1. 17. 2. seqq. In mari nauigantibus aqua dulcis supeditata. 1. 17. 15. mirabiles naturae & Dei fontes. 1. 17. 16. Fames mater saporis, cibos condit. 1. 19. 10. De famis naturali malo. 4. 3. 1. seqq. De famis & sitis naturali & spiritali bono. 4. 3. 1. seqq. Maximino fames in poenam, Christianis in gloriam cessit. 4. 9. 5.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordes

miseri cordiam consequentur. Misericordia opere baptismus à peccatrice impetratus. 1. 14. 3. Misericordes pauperibus, à Deo misericordiam impetrant. 1. 42. 18. Misericordes misericordiam consequi. 3. 10. 5. seqq. Misericordia apud Deum retributio. 3. 43. 3. eiusceri exempla. 3. 43. 7. Misericordes, tempore famis, misericordiam consequi. 4. 9. 8. Quinam Sancti, in quibusnam morbis sint misericordes? 4. 40. 8.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Vbi quaeri debeat vera felicitas? 1. 32. 15. De mundis corde, Iosepho, Susanna, & alijs heroicis animis compluribus. 2. 32. 2. seqq. Virgines ignis defendens. 2. 3. 6. seq. Virginum primum. 2. 21. 2. seqq. Quae virgines respuerint nuptias? 2. 46. 1. seqq. Ob mundum cor, quam fortes & patientes extiterint? 2. 59. 9. seqq.

Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Pacis & concordiae matrem esse paupertatem, sicut auaritiam diuitiarum. 3. 11. 8. Non sine causa Pacificos beatos esse dictos. 3. 66. 4.

Beati, qui persecutionem patiuntur, propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Aduersae fortunae octo remedia. 1. 30. 5. Antonini persecutionem excitantis clades. 2. 9. 13. De ijs, qui persecutionem heroicè passi sunt. 3. 41. 2. & 3. 41. 5.

Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me. Dauidis,

Iobi, Tobiae, aliorumque exempla, maledictionem & persecutionem patientium, & patientiam docentium. 1. 30. 3. seqq. S. Caecilia per vitam huius miserias Tiburtium docet vitam contemnere. 4. 2. 10. In quibus rebus aegroti etiam, praeter morbum, patientiam debeant exercere? 4. 34. 8.

Gaudete, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in caelis.

Animi letitia in minoribus sepe maior, quam in magnis. 1. 19. 11. Quanta sit futura Beatorum felicitas? 1. 32. 2. Sanctis, caelo aspectu, terram sordescere. 2. 20. 5. seqq. Vitae praesentis miseriam ad futuram impellunt felicitatem, quia ut post gaudia luctus, sic post luctum gaudia sequuntur, & de hoc ipso est gaudendum. 4. 2. 9. Magnitudo dolorum in morbis cum magnitudine coronae in caelo comparanda. 4. 34. 4. seqq.

IN Festo S. Martini Episcopi.

LUC. II. Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit. S. Martinus hic pauper, caelum diues ingressus, splenduit ut lucerna: cuius lucem in colenda paupertate quanti Sancti habuerint? 3. 15. 2. seqq.

Neque sub modio. De exteriori & abscondita Silenorum aliorumque forma. 2. 2. 5. seq. Non quidem sub modio, sed sub clypeo suae protectionis, Martinum posuit Deus, ut & alios Sanctos. 4. 52. 1.

Sed supra candelabrum. S. Martinus paratus deponere, vel seruare Episcopatum, sicut & illi, qui Episcopatum fugerunt, fuit lucerna supra candelabrum. 3. 22. 5. S. Martinus lumen fidei SS. Trinitatis habuit tantam

tam, vt per illam, lepram pepulerit. 4. 40. 4.

Vt, qui ingrediuntur, lumē videant.

Quo modo lumen S. Martini in amanda paupertate videre, & sequi possumus? 3. 15. 14.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Imaginatio oculum mētis perturbans, quid possit, vel non possit? 2. 51. 12. seq.

Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuum lucidum erit. Artificum, & instrumentorum, sicut & oculatorum, varietas & vsus. 2. 6. 1. Oculorum custodia in Iob, & alijs, quā sit laudabilis? 2. 32. 7.

Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosus erit. Corpus sicut terra, luce pariter & fecunditate orbat. 2. 18. 2. Oculus nequam quā perniciosarum suspicionum causa sit? 2. 36. 4. seqq.

Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebrae sint. Sicut quidam ipso lumine obcurantur, ita alij ipsis tenebris illuminantur, & iuuantur. 2. 5. 12. seq.

Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum.

Totus lucidus fuit S. Martinus, qui nec mori timuit, nec vivere recusauit, more diuicum, vitam prolongare cupientium. 3. 9. 2. sed more pauperum morte gaudentium. 3. 9. 3. Historiæ sacra diuicum, mortem timentium. 3. 9. 4. seq.

Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Casu vsus, Deus ad S. Martinum illuminandum & sanandum. 1. 25. 4.

Quomodo Deus illuminauerit Sanctos suos à calumnijs obscuratos? 3. 36. 4. seqq.

IN Festo S. Catharinæ. Matth. 25. *Simile est regnum celorum decem Virginibus.* B. V. virginibus contra inopiam & infamiam succurrit, 1. 13. 11. Matrimonium non damnari ab ijs, qui ei virginitatem anteponunt. 2. 24. 3.

Quæ accipientes lampades suas.

A tempore Apostolorum, virgines fuisse, quæ matrimonium honorauerunt. 2. 46. 15.

Exierunt obuiam Sponso & Sponsæ. Christum sponsum alijs sponis præferentium virginum exempla. 2. 46. 11.

Quinq; autem ex eis erant fatuæ. Fatuas esse virgines, quæ sunt Sirenibus similes, de quibus. 2. 48. 7. seq.

Et quinque prudentes. Iosephi fidem fortitudinem, castitatem, mœchæ tentantis flagitio illustratam esse. 2. 32. 2. seqq.

Non sumpserunt oleum secum. Quomodo innocētia sit per ignes, velut lampades probata? 3. 36. 6. seqq.

Prudentes verò acciperunt oleū in vasis suis cū lampadibus. Quid & quantum fecerint prudentes virgines, vt virginitatem seruaent? 2. 7. 10. seqq. Prudentium industriam, castimoniam, que honore firmari. 3. 24. 4.

Moram autem faciente Sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Bona malis nocere, mala bonis prodesse, atque hoc pacto bona fieri, sicut somnus

Somnus est ad torporem, vel quietem. 2. 2. 2. seq.

Ecce Sponsus venit, exite obviam ei. Libenter obviam ire Christo venienti Sanctos, & paratos mori, quia pretiosa est mors Sanctorum. 3. 9. 6. seq.

Tunc surrexerunt omnes virgines illae, & ornauerunt lampades suas. Quam praestantes sint nuptiae spirituales? 2. 46. 18.

Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostra extinguuntur. Ad confirmationis Sacramentum Chrisma diuinitus auctum & datum. 1. 14. 8. Confirmationis Sacramentum non esse negligendum. 1. 14. 9.

Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ne potius ad vendentes, & emite vobis. S. Benedictus oleum dando, oleum accipit. 1. 17. 5. Sufficiens, non superuacuum oleum habuerunt prudentes virgines. Vnde potest agi de varijs Sanctis feminis, quae Christi amore pauperes fuerunt. 3. 15. 9. seqq.

Et clausa est janua. Si virginibus clauditur janua cali, quae fatuae sunt, quanto magis impuris claudetur, qui etiam regna terrena per impuritatem & luxum perdiderunt? 1. 61. 3. seqq.

Domine, Domine aperi nobis. Quanti facienda sit gloria caelestis? 3. 23. 1.

Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Debere hominem continuo studio pietatis certam tuam vocationem, & electionem facere, cum omnis vitae hora sit incerta 4. 48. 1. seqq.

Quinam diem & horam ad diuinum tribunal citati scire potuerint? 1. 39. 2. seqq. De monstruosissimo partu, qui clamauit vigilandum, 2. 54. 10. In bello multos imparatos subita morte tolli. 4. 11. 9.

IN anniuersario Dedicationis Ecclesiae. Luc. 19. *Ingressus Iesus perambulabat Iericho.* Quo modo in dedicationibus templorum ebrij vrbes perambulent? 1. 12. 7. De ambulatibus non cum Christo, sed in somno. 2. 51. 12. Petrus super aquas ambulauit. 3. 8. 4.

Et ecce vir, nomine Zacchaeus. Zacchaeos dici posse omnes ministros auaros, quorum auaritia obest dominis 1. 17. 6. & eos, qui in religiosos sunt auari. 1. 21. 2. De Zacchaeis, qui sunt auaritia inexplebilis. 3. 4. 6. seqq. & 3. 5. 1. seqq.

Et hic erat Princeps Publicanorum, & ipse diues. De varijs Principibus, qui sicut Zacchaeus, saeculo valedixerunt. 1. 26. 2. Princeps iste Publicanorum, quomodo doceat alios Principes esse clementes, cum dimidium bonorum suorum dedit pauperibus. 2. 3. 4. seq. Qui Principes sint populi uori? 3. 5. 7. Quam miserae conditionis sint Principes? 3. 28. 2. Principes oratione aliorum iuari, imprecatione dei uari. 3. 64. 5.

Et quarebat videre IESVM, quis esset. Quantum profit videre, vel oblit. non videre ubique DEVM. 1. 7. 1. seqq.

Et non poterat praeturbare, quia
kk 2 statura

statura pusillus erat. De S. Gregorio Turonensi statura pusillo, deq; alijs, qui deformi corpore non sunt contemnendi, etli monstruosi sint, quia sunt Dei opus. 2. 49. 4. seqq. Pusillorum gratiosa deformitas. 2. 50. 2. seqq. Quibus in locis homines pusilli nascantur? 2. 51. 2. Paruorum hominum magna virtus. 2. 62. 3. Alypianæ breuitas excusata, virtus laudata. 2. 62. 4.

Zacchæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Hospitalitas erga pauperes Christi, quam sit Deo grata? 3. 34. 2.

Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. S. Iuliani hospitis, & Christum in pauperibus excipientis mira historia, deq; eius poenitentia cum Zacchæo comparata. 4. 35. 8.

Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Memoriam contra Dei opera querelæ. 2. 2. 12. & 2. 3. 1. Ad malos sine bono intrari posse. 3. 46. 8. Mala, quibus homines vtiliter exercentur (vt cum videntur à Deo ad se non diuertente negligi) non murmuracionem, sed gratiarum

actionem mereri. 3. 61. 1.

Ecce dimidium honorum meorum, Domine, do pauperibus. De elemosinæ lucro etiam temporali. 1. 13. 14. seqq. & 1. 20. 9. De eo qui per elemosynas ab vxore diuite ditatus est. 2. 26. 5.

Et si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Auaros non tam defraudare alios, quam magnis stultitij seipsos. 3. 6. 2. Merito amittere diuitias, qui eis immerito inhiant. 3. 6. 3. De pecunia injustè acquisita, & vtiliter perdita. 3. 7. 9.

Hodie salus domui huic facta est, eò quod & ipse filius sit Abrahe. Templi adeundi fructus etiam temporalis. 1. 13. 12. Admiranda Turcæ in templum Christianum ingressi conuersio. 1. 41. 15. Ob quas causas bonis honor sit deferendus? 3. 29. 1.

Venit enim Filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat. Diuinæ bonitatis, etiam in desperatissimos exemplum. 1. 51. 13. Quanta sit misericordia Dei, qui toties lapsis ignoscit? 3. 60. 9.

